



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

Tractatus VI. De Satisfactione Sacramentali.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

Idem est dicendum de Visitationibus Prouincialium Religionum.

Et an supradicta intelligantur quoad illos qui in vita condentis Episcopi, vel Prouincialis Regularium predictam censuram, aut reservationem, non incurserunt; nam si adhuc uiuente Episcopo incurse sunt tunc quidem reservatio, & excommunicatio adhuc durat, mortuo Episcopo, aut Pralato Regularium? Ex part. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 4. 1.

Sup. conten-  
to in hoc &  
seq. 5. in Ref.  
p. cetera per  
toia & qua-  
uis pro Re-  
gularibus in  
tom. 7. tr. 1.  
lege doctri-  
nam Ref. 119.

§. 1. AD hanc dubitationem Præpositus in 3. part. 9. de reseru. cas. dub. 1. numero 6. sic respondet. Sa. verb. absolutio, num. 21. censet mortuo Episcopo quemlibet Confessarium posse absolueri à casibus reservatis, quod non videtur solidum. Et primam id non videtur posse dici de reservatis per statutum; cum etiam mortuo Episcopo illud vim suam renere soleat. Secundò neque de reservatis ab homine, quia per reservationem inferiori sublata est iurisdicctio necessaria ad valorem huius Sacramenti non potest autem ex iure, vel alio solido fundamento colligi, quòd ea per mortem Episcopi restituatur. Ita Præpositus.

2. Cui quoad primum libenter adhareo, non autem quoad secundum: nam omnes Doctores asserunt reservationem factam per legem, aut statutum

In indice primo huius Tom. 1. lege Apendicem ad hunc Tract. 5. ubi inuenies alias multas Diffic. mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. que simul pertinent ad hunc Tract. 8. de Reservatis & eorum Absolutione.



## TRACTATUS VI. DE SATISFACTIONE SACRAMENTALI.

### RESOL. I.

An Confessarius teneatur imponere penitentiam ante absolutionem?

Et an consuetudo, ut prius imponatur penitentia, quam penitens absolueretur, nullam inducat obligationem? Ex part. 5. tr. 1. 3. & Misc. 1. Ref. 36.

§. 1. Affirmatiuè respondet glossa in Clement. dudum de sepult. verb. audire, quia in eo textu penitentia prius imponitur, quam absolueretur penitens, & ita consuetudo inualuit, ut patet, ergo, &c.

2. Sed dicendum est liberum esse Confessario post absolutionem etiam imponere satisfactionem. Probatur ex cap. finali, de censibus in 6. ubi sic dicitur: Potest Archiepiscopus dum visitat, confessiones suffraganeorum audire, ac absolueri confitentibus, ipsisque salutes iniungere penitentias. Sic ibi: Igitur potest Confessarius ante & post absolutionem, penitentiam imponere, ut patet ex dictis iuribus, licet consuetudo iam obtinuerit, tanquam quid melius, ut prius imponatur penitentia, quam consuetudinem nullam induxisset obligationem, ut rectè notat Ochagauia de Sacrament. tract. vlt. de penit. quest. 10. num. 7.

Sup. hac.  
consuetudi-  
ne infra in  
Ref. 48. 5. vlt.

### RESOL. II.

An penitens teneatur acceptare iniunctam à Confessario penitentiam sub onere peccati mortalis?

Et an Confessarius possit absolueri penitentem, nolentem acceptare iniunctam penitentiam?

Synodale differre à reservatione personali: quia reservatio facta per legem non expirat morte referuantis; quia lex semper loquitur: & de se est perpetua, nisi abeat in deluetudinem: reservatio verò personalis expirat morte referuantis: ergo mortuo Episcopo quilibet Sacerdos poterit absolueri casus reservatos reservatione personali, quia expirauit dicta reservatio, ergo in illos habet iurisdictionem. Et ita hanc sententiam docet Fagundez part. 2. lib. 8. cap. 1. num. 30. Sanchez de matrimonio, lib. 8. disp. 28. num. 63. & alij.

3. Notandum est etiam ex his obiter, quòd si in mandatis Visitationum Episcopi referent sibi aliqua peccata, siue cum excommunicatione, siue sine illa expirat tamen reservatio mortuo Episcopo, quod intelligendum est, quoad illos, qui in vita condentis Episcopi predictam censuram, v. g. non incurserunt: nam si adhuc uiuente ipso incurse sunt, tunc quidem reservatio adhuc durat. Et idem dicendum est de Visitationibus Prouincialium Religionum, quia hæ non durant, nisi quandiu ipsi Prouinciales durant in officio. Ita ex Navarro, Fagundez ubi supra. Et ratio huius sententiæ est, quia ordinationes late in mandatis Visitationum sunt mandata generalia aut specialia hominum, & sic expirant mortuo latore.

Et quid si penitens non respueret omnem penitentiam, sed aliqualem, licet paruum, ut vniuersum Patet noster acceptet? Ex part. 2. tractat. 15. & Misc. 1. Ref. 52.

§. 1. Ita affirmatiuè respondendum videtur aliquibus, vt improbabilem negantem sententiam iudicet Nugnus in 3. part. tom. 2. q. 15. art. 1. & q. 1. 3. art. 2. difficult. 2. concl. 1. plus addit Suarez in 3. p. tom. 4. disput. 3. sect. 7. num. 2. & Coriolanus de tract. cas. reseru. p. 1. sect. 3. concl. 16. num. 5. cum alijs. Imò Valq. in 3. p. tom. 4. q. 94. art. 2. dub. 1. num. 5. de fide hanc sententiam definitam esse existimat, quòd antea docuerat Victoria in sum. num. 209. Et sic patet DD. antiquos, ferè omnes neoterici asserunt penitentem, sub onere peccati mortalis, debere acceptare iniunctam penitentiam à Confessario. Ita docet Sanctarell. tract. de Blasphemia c. 7. dub. 1. m. 8. in fin. Valent. tom. 4. disput. 7. q. 14. punct. 4. Sylu. in 3. p. q. 18. art. 3. dub. 3. Fagundez de precept. Eccl. tr. 2. lib. 2. c. 3. num. 18. Tolet. in sum. lib. 3. c. 9. numer. 3. Henriq. lib. 2. c. 3. num. 111. Bellar. de penit. lib. 4. c. 13. Filliuc. tom. 1. tr. 8. c. 2. q. 8. num. 53. Ledesma in sum. tom. 1. de penit. c. 23. concl. 8. dub. 1. Bonac. de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 3. punct. 4. num. 1. Megala in 1. p. lib. 6. c. 3. num. 3. Coninch de Sacramentis, disp. 10. dub. 9. num. 79. Villalobos ubi infra, & alij DD. asserunt pro hac sententia multas rationes, sed præcipuè auctoritatem Concilij Tridentini, asserentis, Sacerdotes habere potestatem ligandi, sed si penitens possit respuere penitentiam, Sacerdos non habere talem potestatem. Ergo, &c.

2. His tamen non obstantibus, non desunt Doctores, qui post Concilium Tridentinum, contrariam docere sententiam. Hi sunt Greg. Ruys in cour. sup. 4. sent. cor. 94. Raphaël de Cælare in consol. moral. dial. 8.

dial. 8. c. 26. Beia in Respons. cas. cor. f. p. 3. cef. 3. Na- uarrus in mon. c. 20. num. 26. & nouissimè Yribarne in 4. sent. tom. 2. dist. 19. q. 1. disp. 17. sect. 3. & Piti- gnanus etiam in 4. eodem dist. 19. q. unic. art. 3. præ- ter DD. qui ante Concilium scripserunt, & etiam post Concilium probabilem vocant hanc opinionem Sotus in 4. dist. 20. q. 2. art. 1. Zerola in praxi penitent. cap. 25. q. 9. ex ordine Prædicatorum P. Ioann. de la Cruz in direct. conse. p. 2. de Sacram. penit. q. 4. dub. 3. concl. 1. & nouissimè Villalobos in sum. tom. 1. tract. 9. dub. 28. num. 4. vbi sic ait. En practica se ha de dezir, que si el penitente no quiere aceptar la peniten- cia, y en lo demas llego bien dispuesto, á be el Sacer- dote absolverle, contra su opinion, porque la opinion contraria, es probable practica, pues la tienen hom- bres tan doctos. Ita Villalobos, qui ad partes hanc opinionem ibi doctè pertractat. Et ratio est, quia peccator in hac vita non tenetur satisfacere pro pœ- na temporali; & ideo potest eam remittere in Purga- torium, ac proinde non tenetur, quoad hoc obedire Iudici ac Confessori, id præcipienti. Respondent verò ad argumentum Concilij, dicendo posse Sacerdo- tem ligare ad pœnam, sicut in eodem Concilio, & absoluerè à culpa; sed constat apud omnes non posse absoluerè nolentem, sed tantùm volentem, & pœni- tentiam acceptantem: sed non sequitur, hoc posse etiam nolentem, sicut, vt dictum est, absoluerè no- lentem non potest.

3. Notandum est etiam, aliquos Doctores asserere penitentem non respicientem omnem penitentiam, sed aliquam, licet parvam, vt vnum Pater noster, &c. acceptantem, non esse à Confessario, sine absolu- tionis beneficio, dimittendum. Ita Reginald. in praxi tom. 1. lib. 7. c. 2. num. 15. Homobonus in exam. Eccl. p. 1. tract. 5. cap. 15. q. 92. Hostiens. in sum. de penit. §. & an sit, ver. quid de operibus. Abb. in c. significati, num. 2. ed. it. Molseus in sum. tom. 2. tract. 7. cap. 25. num. 57. & alij. Sed sufficiat, in re tam graui, varias sententias proposuisse, & DD. post Concil. Trident. maximè pro secunda sententia non sine labore, in gratiam studiosorum collegisse, nihil tamen de eor- um placitis approbando, vel reprobando.

RESOL. III.

An opinio plurimorum Doctorum asserentium peniten- tem non teneri acceptare penitentiam impositam à Confessario sit saltem tanquam improbabilis censu- randa? Ex part. 1. i. tr. 7. & Misc. 7. Ref. 2.

1. Ego teneo eum communi Doctorum senten- tia, Confessarium posse obligare peniten- tem ad acceptandam satisfactionem iniunctam, & ip- sum teneri ad eam acceptandam, dummodò sit ra- tionabilis. Probatur, Sacerdos habet claves ad solu- endum, & ligandum, & hac potestas est in ordine ad impendendas penitencias, vt docet Trident. sess. 14. cap. 8. & can. 15. Ergo Sacerdotes habent po- testatem obligandi penitentes in ordine ad satisfac- tionem. Ergo penitentes tenentur acceptare pœni- tentiam iniunctam, quia tenentur ad id, ad quod obligantur ab habente legitimam potestatem.

2. Dices: Sacerdotem posse ligare eo modo, quo potest soluerè, vnde sicut non potest soluerè, nisi volentem solui, ita nec ligare, nisi volentem. Contra. Eo ip- so quod penitens vult solui, vult iudicari secundùm propriam conscientiam quoad peccata. Ergo se sub- iicit potestati iudicatiuæ Sacerdotis. Ergo punitioni, quia punitio est de necessitate iudicij.

3. Sed difficultas est, an opinio contraria plurimo- rum Doctorum sit tanquam improbabilis censuran- da? Tom. 1.

da? Ego olim adduxi, aliquos, qui negatiuè respon- dent, sed nouissimè illam nota improbabilitatis inu- rit Cardinalis de Lugo; Verùm aduersus illum inful- git Ioannes Pontius in curs. Theol. disp. 46. q. 14. con- clus. 4. n. 171. vbi sic ait: Non tenetur pœnitens ac- ceptare pœnitentiam iniunctam à Sacerdote in ordi- ne ad satisfaciendum pro pœna temporali, in quam commutatur æterna: debet tamen eam implere si e. m. acceptet.

4. Hanc tenet Doctor 4. dist. 49. n. 27. cum suis, & Gabr. Ioann. de Medina, Navarro, Syluestro contra Recentiores communius, quos sequitur Cardinalis de Lugo, quem miror addere (aliorum malè fundatis censuris) non esse audiendos illos, qui adhuc illam sententiam probabilem putant, quos auctores con- gerit Diana: vtinam doctus Cardinalis parceret cen- suræ, aut melius consideraret fundamenta sua, ac no- stra. Ita ille, & Leander de Sacram. tom. 1. tr. 5. dist. 9. quest. 66. Licet nostram, & Cardinalis de Lugo sen- tentiam teneat, tamen aduersus illam nominatim asserit non bene contrariam tanquam improbabilem damnasse. Idem obseruat post adductum Cardina- lem de Lugo Martinus de San Ioseph in mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 27. de penit. num. 6. vbi sic ait: [ El penitente tiene obligacion à aceptar la peni- tencia iusta, que le impone el confessor: la razon es, porque la confession es juicio, y todo juicio consta de la virtud coactiua, y assi puede obligar el Con- fessor en el juicio de la confession, Lugo, y es comun. Però tambien es bien probable la opinion de Escoto dist. 19. num. 27. & 28. que dize que el penitente no està obligado à aceptar la penitencia: pero que si la acepta tiene obligacion à cumplirla, porque no ay precepto, que obligue à satisfacer en esta vida, sino que se puede remitir la satisfacion en el purgatorio. T assi los que dixeron, que la opinion de Escoto es improbable ò no leieron, ò no aduertieron à la fuerza de sus razones; inaduer- tencia por cierto bien probable. Ita ille, cui adde Ioannem de Soria in epilogo summa. 2. part. 2. tr. 1. 1. sect. 1. dist. 6.

5. Sed pro curiosis hic adducam doctissimum Scoti- stam, qui tenet authoritatem Scoti non facere pro casu nostro. Hic itaque asserit Petrus Marchant. in Tribunali Sacram. tom. 1. tract. 6. t. 3. quest. 1. concl. 2. fol. 249. Dices apud Doctorem subtilem Scotum in 4. distinct. 15. quest. 1. num. 14. permittitur Pœnitenti reculare omnem pœnitentiam modò satisfacere vel- lit residuo pœnarum debitaram in purgatorio. Res- pondeo subtilitatem esse merè speculatiuam, & in praxi nullatenus tutam, etsi enim concludat de sa- tisfactione pœnarum simpliciter in foro Dei, quam debet peccator in hoc mundo, vel in alio adimple- re: Non tamen concludit de satisfactione, vt est pars integralis Sacramenti, & cuius susceptio ad integritatem Sacramenti spectat: Vnde dico, etsi pœnitens quò ad forum Dei possit reculare pœnas, & se resoluerè ad satisfactionem in igne Purgato- rij: quoad forum tamen Sacramenti grauem irre- uerentiam faceret Sacramento, redderetque illud mutilum parte integrali, ac non minus mortaliter peccaret, quàm qui ex propria voluntate culpabi- liter omitteret partem integram sacrificij. Quod ergo Doctor subtilis subtiliter concludit, et quod, qui pœnitentiam Sacramentalem respueret, essen- tiam Sacramenti non læderet, tamen læderet non sine mortali peccato eius integritatem. Huc vsque Pater Marchant.

6. Sed video recentiores Scotistas Fabrum Pontium, & alios hanc distinctionem non admit- tere, idè remanet adhuc difficultas. an dicta opi- nio sit censuranda saltem tanquam improbabilis? Cc 4 &

Sup. hoc in Ref. not. præ- ce. 12.

TON  
BOIA  
1311  
III

& in fauorem Cardinalis de Lugo adducam Patrem Amicum, qui in *Curs. Theol. tom. 8. disp. 16. sect. 1. num. 3.* sic ait: Hanc sententiam Vasquez & Victoria putant de fide; Suarez. ita certam, vt sine temeritate negari non possit; Canus oppositam vocat intolerabilem. Et sanè si verba Trid. *sess. 14. cap. 8. & can. 15.* expendantur, adeo sententia hæc certa est, vt de ea dubitari non possit. Verba autem Concilij sunt hæc; Habeant præ oculis (supple Sacerdotes) vt satisfactio quam imponunt, non sit tantum ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum; sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem; nam claves Sacerdotum non ad absoluentium duntaxat, sed & ad ligandum concessas etiam antiqui Patres & credunt, & docent. Et *can. 15.* Oppositum sub anathemate damnat. Si igitur in Sacerdote est potestas ligandi penitentem per infunctam satisfactionem, erit in penitente obligatio acceptandi; alioqui frustra esset in Sacerdote potestas, cui nulla responderet in penitente subiectio.

7. Dices primò cum Nauarro. Esse in Sacerdote potestatem non absolutam sed arbitrariam, cui responderet in penitente subiectio non coacta, sed libera. Sed contra. Nam hanc potestatem ligandi Concilium comparat cum potestate soluendi, atqui potestas soluendi siue à culpa, siue à pena aeterna (non enim intelligi potest de potestate soluendi à pena temporali: quia hæc est eadem cum potestate ligandi per penitentiam impositionem: quæ quatenus penitentem obligat ad acceptam satisfactionem, dicitur potestas ligandi) non est potestas arbitraria, sed absoluta: quia non est in arbitrio Sacerdotis absolueret, vel non absolueret penitentem à peccatis, sed ex præcepto tenetur posita subiecti dispositione: quo etiam præcepto tenetur penitens ad absolutionem procurandam & acceptandam: ergo etiam potestas ligandi præ satisfactionem erit in Sacerdote absoluta, consequenter etiam in penitente respondet obligatio acceptandi absoluta.

8. Dices secundo, cum Fabro apud Dian. *tr. 4. de Sacrament. resol. 51.* Concilium intelligi de penitentia, quatenus est medicinalis & præseruatua à futuris peccatis; non autem quatenus est satisfactoria; Vt sic enim potest illam non acceptare, sed in alia vita soluere. Sed contra, nam hanc potestatem, quam Confessarius habet imponendi penitenti satisfactionem, manifeste extendit se ad imponendam illam etiam in vindictam, & castigationem præteritorum peccatorum, vt ex ipsius verbis supra relatis aperte constat. Confirmatur, quia Confessarius in hoc Tribunali non solum agit partes Medici, sed etiam Iudicis & Ministri Dei, cuius offensas iuxta ipsorum grauitatem punire debet in reo. Et hæc omnia docet Amicus vbi supra, quæ censuram Cardinalis Lugo confirmant, & rationes quas adducit Pontius contra ipsam enervant. His tamen non obstantibus, cum licentia Patris Leandri, ego iudicium meum circa præfatam censuram, an rectè vel non, lata sit, lectoribus ex dignis rationibus non aperiam, & vellem à sacra Congregatione Concilij Tridentini circa præsentem difficultatem oraculum sumi.

## RESOL. IV.

An penitens, qui non vult acceptare penitentiam, sit absoluentus?

Et quid, si penitentia sit medicinalis, seu præseruatua? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 51.

§. 1. Negatiuè respondeo cum Doctoribus, quos citam in *tract. 1. miscellan. \* resol. 52.* quibus nunc addo Comitolum in *resol. moral. lib. 1. q. 35. per totam*, vbi mordicus nostram sententiam probat.

2. Sed etiam notari aliquos DD. affirmatiuum sententiam probabilem existimare, quibus nunc addo Fabrum lectorem primarium sacre Theologie in Academia Patavina de *pæn. in 4. sent. dist. 19. q. vnic. dist. 35. cap. 10. n. 26. & seq.* & Pharaonium *tract. 1. de pæn. sess. 22. cas. 10.* vbi probant, \* quòd si penitentia sit satisfactoria, & non medicinalis, seu præseruatua post penitentem illam non acceptare, modo habuerit animum satisfaciendi, vel viuens in hoc sæculo per indulgentiam, & bona opera, vel mortuus per penas Purgatorij; quia non adest præceptum de acceptanda tali penitentia. Addit tamen Faber *vbi supra, num. 229.* quòd licet hæc opinio sit vera, tamen in praxi non esset de facili ponenda in vltis quia difficile est inuenire aliquem verè penitentem, qui bona fide confiteatur, adè saxeum, vt nolit vel tantillum penitentiam acceptare. Proinde si quis accederet, qui nollet vel exiguam penitentiam acceptare, esset multum considerandum, an haberet verum dolorem, & esset benè dispositus; qui enim nec ter Iesus dicere vellet, non videtur benè dispositus, & proinde ex hoc capite esset reiciendus, non autem quia teneretur ad acceptandam penitentiam. Quod si constaret probabiliter verè penitentem, & saltem attritum, neque enim ex hoc præcisè, quòd non vult acceptare penitentiam, est in peccato mortali, quia contentus de peccato, & vult puniri ab eo cuius est poenam iuste infligere; certè non esset dimittendus sine absolutione. Ita Faber, vide *supra prædictam resol. 52.* & Vegam in *summ. tom. 2. cap. 64. cas. 1.* cum Elio in *4. sent. dist. 15. §. 20.* qui hanc sententiam probabilem putat, nam contrariam vocat tantum probabilior.

## RESOL. V.

Quidam Confessarius voluntariè omisit imponere penitentiam in confessione peccatorum venialium, quæ sunt, an peccatum mortale commiserit?

Et penitens, qui reliquit facere penitentiam leuam, v.g. vt si unus Psalmus, vel Miserere, & hoc etiam si ob peccata grauiora fuerit impositum, an peccet mortaliter?

Et an omisso penitentia grauis imposita propter sola venialia, vel mortalia iam prius confessa, sit culpa mortalis? Ex part. 6. tr. 6. & Misc. 1. Ref. 44.

§. 1. Affirmatiuum sententiam videtur indicare Suar. in *3 p. tom. 4. disp. 38. sect. 3. in principio*, & Valerius Reginaldus in *praxi, tom. 1. lib. 7. cap. 2. num. 12.* vbi asserit, quòd non est dubium, quin Confessarius sub graui peccato teneatur aliquid semper in satisfactionem imponere debenti ac valenti eam adimplere: nam alioquin redderet Sacramentum mutilum, truncata vna ipsius parte, quæ est satisfactio.

2. Sed licet obligatio imponendi penitentiam sit ex genere suo grauis; potest tamen aliquando ex paruitate materiæ in eius omissione adesse tantum peccatum veniale; vt si penitentia leuis deberet imponi ob peccata aliqua venialia, sæpè iam confessa: tunc enim Sacerdos non peccaret mortaliter, si seculo contemptu non imponeret vllam penitentiam. Et ita docet Lugo de *penitent. disp. 25. sect. 4. num. 4.*

3. Notandum est etiam hinc obiter penitentem, qui

RESOL. VII.

Quam sit necessarium ad tollendos Confessoriorum scrupulos in imponendis parvis penitentis appovere post absolutionem illam clausulam. Quidquid boni feceris, & mali sustinueris, &c.

Et notatur, quod verba dicta clausula erunt penitenti declaranda.

Et advertitur, quod doctrina huius Resolutionis non est intelligenda, si penitens egeat penitentia aliqua praeferuatiua. Ex part. 3. tract. 4. Resolut. 96. alias 97.

Sup. hoc in tribus Refel. seqq. & in quarta §. 2. prope finem cum Villalobos veri. Vide & in Ref. 18. §. Nota hic, & in Ref. 41. §. Quarto secundo.

§. 1. Licet penitentia pro peccatis a Confessariis in confessione iniungenda non sint determinata, sed relinquatur arbitrio Confessarii moderanda, attentis criminum, & delictorum circumstantiis, attamen si Confessarius pro magnis peccatis imponeret parvas penitentias, peccaret ex communi DD. consensu, ideò multi Confessarii magnis scrupulis in imponendis penitentis excruciantur. Dicendum est igitur ad eorum solatium, quòd si post peccatorum absolutionem, apponant clausulam illam, quidquid boni feceris, &c. excusantur à peccato, si fortè parvas penitentias imposuissent. Et ita docet Beia in resp. p. 3. cas. 1. in fine, ubi sic asserit: Hinc fortè possunt excusari à peccatis Confessores imponendo parvas penitentias, quia omnes hac clausula iam vtantur, quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum, &c. Homines autem vt plurimum bona multa faciunt, & mala plurima sustinent, quae sic applicata, rationem habent satisfactionis sacramentalis. Ita ille. Et Homobonus in exam. Eccl. p. 1. tract. 5. cap. 1. §. 94. sic ait: Admonent DD. Confessarium debere penitenti iniungere, vt quidquid boni fecerit, & mali sustinuerit, in suam satisfactionem cedat. Qua clausula excusari videntur Confessarii, si vel pro magnis peccatis parvas penitentias iniungant; sic Homobonus. Vide etiam Reginaldum in praxi 10. lib. 7. c. 2. sect. 1. n. 26. Filiucium to. 1. tr. 8. c. 2. n. 47. & Bonacinam de penit. disp. 5. §. 5. sect. 3. n. 13. Sed supradicta opinio non est intelligenda, si penitens egeat penitentia aliqua praeferuatiua, quia illa opera bona ab ipso postea facienda, non erunt forsitan proportionata ad necessariam peccatorum medelam, & verba dicta clausula erunt penitenti declaranda, vt fiat leuem penitentiam sibi ideò imponi, quia omnia bona opera totius suae vitae in satisfactionem pena peccatis suis debita iniunguntur & acceptantur.

Sup. hoc in Ref. seq. prope finem, & infra in Ref. 10. §. 1. in fine & in alio §. eius not.

RESOL. VIII.

An Confessarius excusetur à culpa, si imponat leues penitentias propter illa verba, quae in absolutione semper adduntur, Quidquid boni feceris, & mali sustinueris, &c. maxime si hoc penitenti explicet? Ex part. 6. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 5.

§. 1. Solutio huius dubij pendet ex illa quaestione: An possit imponi penitentia sine obligatione? Et quia Pater Lugo negatiuam sententiam tenet, negatiuè etiam respondet ad dubium propositum. Sic igitur asserit de Sacramento penitent. disputat. 25. sect. 4. num. 56. Obiciunt verba illa Sacerdotis, quae post absolutionem adiungit: Quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum, &c. Quibus verbis videtur cleuare omnia opera penitentis ad fructum ex opere operato. Respondeo, si hoc

Sup. prima distic. tituli huius Ref. & controuersia contenta à fin. 4. huius textus in Ref. praerita, & in duabus seqq. & cum Villalobos.

qui relinquit facere penitentiam leuem, vt si vnus pliumus, vel Miserere impositus fuit: & hoc quidem etiam si ob peccata grauiora fuerit impositus non peccare mortaliter: immò Suarez tom. 4. disp. 38. sect. 7. num. 5. & alij putant omissionem penitentiae grauis impositae propter sola venialia vel mortalia prius confessi non esse culpam mortalem, licet contrarium asserat Ioannes Præpositus in 3. part. quæst. 12. de satisfactione, dub. 8. num. 108. Sed de his alibi dictum est: & de illis nouissime tractat Auctor Cassium Conscientiae Bononiae discipulorum anno 1634. mensis Decembris, cas. 2. & nobiscum sentit.

RESOL. VI.

An Confessarius possit imponere penitentiam leuem sub mortali? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 51.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Ioannes Sancius in selectis disp. 15. num. 14. & 15. ubi sic ait: Licet emittens votum rei leuis, etiam cum animo se obligandi ad mortale, non possit grauem obligationem inducere vt illius omisso sit lethalis, nec id possit Legislator præcipiens rem leuem; Confessarius tamen rem leuem sub penitentia iniunctam poterit præcipere implendam sub mortali, & id semper intelligitur, quia materia grauis reputatur partem integram Sacramentum omittere. Et ideò si modica esset iniuncta penitentia, & penitens illam culpabiliter non implet, lethalius peccare iudico, ductus ex principiis intrinsicis, cum truncum & defestibile reddat Sacramentum, quod graue quid est: sicut enim ille, cui impositum esset sub Penitentia vnam tantum salutationem Angelicam recitare, & nollet acceptare absque causa absoluendus non esset, vt indispotus renuens integrare Sacramentum; eodem modo nolens implere iniunctam Orationem Angelicam mortaliter peccabit, cum nolit implere illam obligationem, quam sub mortali acceptauit; & quamuis Oratio Angelica secundum naturam orationis materia modica sit, secundum quòd materia & pars constituitur sacramenti Penitentiae; grauis est reputanda, sicut deglutire aqua guttam secundum se quid modicum sit; at post illius sumptionem Eucharistiam sumere quid graue est, eo quòd præceptum pronuncietur de non lumendo Eucharistiam post sumptionem cibi, aut potus, quantumuis exigui, & graue semper præceptum violatur, & in re graui, videlicet irregularitatis Sacramenti, sicut simonia crimen mortale erit rem spirituale vendere etiam exiguo pretio. Ita Sancius loco citato. Igitur per illum omittere penitentiam leuem impositam à Confessario, semper erit peccatum mortale.

2. Sed communiter contrarium docent DD. asserentes non implentem leuem penitentiam pro solis venialibus, vel mortalibus iam confessis delinquere tantum venialiter, quia quamuis integritas Sacramenti non seruetur, tamen est in re valde extrinseca, & secundaria, & quid leue reputatur ex hac parte Sacramentum non integrare. Et ita tenet Suarez tom. 4. in 3. part. disp. 18. sect. 7. n. 5. Coninch. de Sacram. disp. 20. n. 80. Reginaldus tom. 1. lib. 7. n. 77. Henriquez lib. 5. cap. 20. n. 4. in gloss. lit. M. & alij. Vnde etiam ad dubium propositum in titulo resolutionis negatiuam sententiam docet Merolla tom. 2. disp. 4. c. 3. dub. 25. n. 283. asserens non posse Confessarium imponere penitentiam leuem sub mortali.

infra ex do-  
ctrina Re-  
sol. 11. §. 2.  
cursum pro  
pe sine veri-  
tate. & in  
Ref. 18. §.  
Nota hic &  
Ref. 31. §.  
Quarto se-  
cundo.

hoc esset, eleuarentur etiam ad eum effectum merita Beatae Virginis, omnium Sanctorum, & Sanctorum, quorum ibi etiam fit mentio. Quare debemus fateri illam esse meram deprecationem, sicut & verba praecedentia. *Miserere tui*, &c. Et quidem ex se videtur esse parum credibile, quod per illa verba generalia, omnia opera penitentis maneat Sacramentalia. Quam absurditatem ut vitaret Suarez *sect. 6. in fine*, aduertit illam virtutem extendi solum ad satisfaciendum pro peccatis in illa confessione confessis: quia de illis tantum fertur iudicium, atque adeo postquam illa fuerint plene remissa, ille cessabit effectus. Sed haec limitatio adhuc non tollit omnino difficultatem; quia licet postea ex defectu indigentiae illa opera vteriora non causent remissionem poenae, adhuc verè sunt pars Sacramenti: sicut si alicui, qui nullam poenam debet, imponatur vnum ieiunium, verè illud erit pars Sacramenti poenitentiae. Unde non videtur probabilis doctrina aliquorum, quos affert Diana *tom. 2. tract. 4. de Sacrament. resol. 97.* qui excusant à peccato Confessarios, leues poenitentias imponentes pro grauioribus peccatis, quando addunt in fine verba illa, *Quidquid boni feceris*, &c. Certè si haec doctrina vera esset, frustra Tridentinum verba illa grauioribus usurpasset *sess. 14. cap. 8.* ad deterrandos Confessarios. Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus & prudentia suggesserit, pro qualitate criminum, & poenitentium facultate; salutare & conuenientes satisfactiones iniungere; ne si forte peccatis conueniant, & indulgentius cum poenitentibus agant, leuissima quaedam opera pro grauioribus delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Certè hoc ingens periculum vno verbo addito vitatur dicendo: *Quidquid boni feceris*, &c. Quem Sacerdotum vsum proferendi illa verba Concilium non ignorabat: non ergo videtur in praxi vilo modo admittenda illatio illa. Hucvlque Pater Lugo.

Quae hic est  
Ref. antecede-  
dens.

2. Non desinam tamen hic adnotare notissimè affirmatiuam sententiam docere ex eadem Societate Stephanum Banny in *Theolog. Moral. part. 1. tract. 4. quest. 11.* vbi sic ait: Sunt multae causae, ob quas leuior poenitentia, quam deceret, iniungi possit, vt iniunctio bonorum omnium; quae per se aut alium poenitens facturus creditur, quae quoniam multa sunt, & copiosa, sicut & mala, quae quis sustinet: ob eam causam Confessarios excusari à peccato, cum poenitentias istis minores imperant. Dices opera bona poenitentiae iniuncta vicem habere non posse, nisi fuerint imperata in eam rem à Confessario: at talis imperij nulla fit hic mentio. Respondendum iniunctionem esse duplicem: puram vnam & absolutam; hypotheticam aliam: fit illa dum discrete ac clare praecipitur, vt pars Sacramentalis: altera, quae est conditionata, fit cum Sacerdos ad nullum quidem speciale opus poenitentem obligat, generatim tamen per potestatem clauis applicat satisfactioni peccatorum omne opus bene factum, & faciendum à poenitente qua applicatione Sacramentali, habent illa bona sic generatim sumpta, vt sint magis satisfactoria, quam quae sponte sunt suscepta, illa enim sunt Sacramentalia ex applicatione Confessarij vim habentia Sacramentalis satisfactionis: ista, id est, voluntate propria, ac ex deuotione facta, aut facienda, nequaquam: quare facile culpa non est vllius arguendus Confessarius, cum pauca quaedam, eaque toleratu facilia ad expiationem poenae pro peccatis committit poenitenti praescribit. Eminerit quod ad aequalitatem deest inter vtrumque videtur suppleri posse per ea bona, quae vt plerimum sunt à singulis, vel mala quae eisdem subeunt,

maximè si sunt in satisfactionem imposita: quae esse sunt vera, seque Sacerdos cupere iudicat, vt bona poenitentis omnia sint ei loco poenitentiae his verbis; *Passio Domini nostri Iesu Christi, & merita Sanctorum omnium, quidquid boni feceris & mali sustineris, sint tibi in remissionem peccatorum, & augmentum gratiae, Amen.* Tamen vt ei bene verat, quidquid vnquam egit, aut pertulit, expedit ad eius spirituale commodum, exaggeratus haec illi, ac clarior à Confessario poenitentiae nomine iudici. Et haec omnia docet Banny, vbi supra. Alij verò magis adhaerendum esse negatiue sententiae existimant; licet ego affirmatiua cum aliquibus Doctoribus probabiliter adhaerescam in 3. *part. tr. 4. resol. 97.* quicquid alijque garriant, fateor tamen negatiuam sententiam esse probabilioram.

## RESOL. IX.

*An Confessarius possit minere poenitentiam pro magis peccatis, si post eorum absolutionem addeat clausulam: Quidquid boni feceris?*  
Et inferat omnia opera bona Confesso iniuncta, etiam quae facturus est in peccato, operari ex opere operato meritorum Christi remissionem poenae temporalis ex peccatis confessis, & remissis.  
Et docetur commutationem poenitentiae posse fieri à Confessario extra confessionem sacramentalem, etiam à secundo Confessario.  
Et explanatur, quod Pontifex, vel Episcopus potest commutare sacramentalem poenitentiam extra iudicium sacramentale per applicationem Indulgentiae.  
Et aduertitur, quod poenitens satisfacit poenitentiae danda elemosina, dando illam pauperi, fratribus, aut aus indigentibus, & si teneatur aliter illis subuenire.  
Et obseruatur, quod cui integrum Rosarium (ex tribus enim partibus constat) iniunctum est in poenitentiam, satisfacit recitando tribus diebus, singulis singulas partes.  
Item poenitens impotens ad implendam poenitentiam Ieiunij in pane, & aqua non tenetur ieiunare modo consueto Ecclesiae.  
Et an cui iniunctum est, vt quotidie per annum, mensem, vel hebdomadam Psalmos, vel Coronam recitet, &c. satisfacit, si vno, duobus vel tribus diebus haec recitet simul?  
Et tandem aduertitur, quod non est deneganda absolutio poenitenti, qui nollet acceptare poenitentiam pro peccatis confessis nisi leuem, & exigentem, secus vero si nullam: Ex part. 9. tr. 9. & Misc. 4. Rel. 5, aliàs 54.

§. 1. Negatiuè nominatim contra me respondet eminentissimus Lugo, cui adde Tannetum in 3. *part. tom. 4. quest. 94. art. 2. dub. 1. n. 10.* Coninch de *Sacram. disp. 10. dub. 8. num. 94.* Calstrum Palaum *tom. 4. tractat. 2. 3. disput. unica, punct. 2. 1. §. 3. num. 3.* & alios, negantes ea verba communia: quidquid boni feceris, &c. efficacia esse, vt omnia opera bona, postmodum facta ex opere operato, remittant poenae pro peccatis debitas. Nam ex vi illorum verborum non designantur opera in satisfactionem ex opere operato, sed oratur Deus, vt taliter fiant, vt in satisfactionem peccatorum deferantur. Tum quia in communi designantur, quae designatio obligationi apta non est. Si enim peccatum in communi non licet pro materia huius Sacramenti constituere, nisi in casu raro, & extraordinario; neque etiam satisfactionem in communi licebit. Tum quia aequè designantur

tur omnia opera à penitente efficienda, vt in augmentum gratiæ, & præmium vitæ æternæ deseruiant, aut designantur in peccatorum remissionem. Sed ea opera à confessario iniuncta, vim non habent argendi gratiam ex opere operato, vt etiam Contrarij fatentur: ergo neque vim habere debent remittendi peccata ex opere operato. Adde, absque fundamento ea verba restringi ad satisfactionem pro peccatis in ea Confessione declaratis: nam opus in satisfactionem à Confessario iniunctum, non solum pro peccatis illius Confessionis, sed pro quibuscunque peccatis satisfactorium est. Ergo idem est dicendum, si omnia opera in communi possint in satisfactionem iniungi.

2. Hæc opinio est satis probabilis; sed etiam probabiliter existimo affirmatiuam sententiam quam docui, & nouissimè me citato tenet Leandrus tom. 1. tral. 5. disp. 9. quæst. 109. quia quamuis per huiusmodi clausulam non alliget Confessor penitentem ad bona opera, saltem in particulari peragenda, efficit tamen vt quæcumque peregerit, ei in penitentiam Sacramentalem cedant. Nam vt bene obseruat Amicus in *Curs. Theolog. tom. 8. disp. 16 sect. 5. dub. 6. num. 85.* vt illorum verborum: quidquid boni feceris, & mali sustinueris, sit tibi in remissionem peccatorum, & præmium vitæ æternæ: omnia bona, quæ penitens est facturus, & mala, quæ patienter est passurus, operari ex opere operato ipsi penitenti: nam per hæc verba, tam bona à penitente acta, quam mala ab eodem sustinenter passa, virtute clauium eleuantur ad operandum ex meritis Christi vitra id, quod operantur, ex sola sua intrinseca honestate. Dicendum est itaque quod supradicta verba per se nullum effectum Sacramentalem operantur, sed solum ex intentione absoluentis in partem penitentiam iniungunt opera bona, quæ facturus est, & mala quæ patienter toleraturus est penitens. Vnde non ipsa verba, sed opera iniuncta per hæc verba operantur effectum quem operatur penitentia ipsa, quæ à Confessore iniungitur; quia cum Confessarius virtute clauium potestatem habeat eleuandi omnia opera bona penitentis vt illa ex meritis Christi operentur vitra proprium valorem, his verbis, Hæc intentione prolatis, omnia opera bona penitentis eleuat ad operandum effectum vitra valorem proprium, ex opere operato meritorum Christi. Confirmatur, quia potest Confessarius in penitentiam iniungere confessio omnia bona opera; quæ facturus est: ergo etiam hoc explicite illi non dicat, modò intentionem habeat ea in penitentiam iniungendi, manebunt omnia in penitentiam iniuncta, non secus ac si explicite illa in penitentiam iniunxisset, cum non sit necessaria notitia, & expressa acceptatio penitentis, sed sufficiat sola intentio ministri, vt illa operentur tanquam pars Sacramenti virtute meritorum Christi, vt constat in casu, quo quis post Sacramentalem Confessionem suorum peccatorum amitteret sensum. Is enim posset, & deberet absolui, præsertim si instaret periculum mortis, vt docent Leo Papa. *Canone, his qui 26. q. 6.* Et Paulus V. in suo Rituali: nam in eo casu absolvens eleuaret præteritum dolorem penitentis vt partem Sacramenti, ad operandum ex meritis Christi absque notitia ipsius penitentis.

3. Ex his inferitur omnia opera bona in penitentiam Confessio iniuncta, etiam quæ facturus est in statu peccati operari ex opere operato meritorum Christi remissionem peccatorum temporalis relictæ ex peccatis confessis & remissis, quia cum hæc vim habeat penitentia penitenti explicite imposita, eandem vim habent omnia opera bona ex intentione Ministri pro penitentia iniuncta, cum non minus

hæc, quam illa suam virtutem operandi habeant ex meritis Christi, quæ sicut per peccatum penitentis suum valorem non amittunt, ita illam iis operibus communicant, quæ iniuncta sunt penitenti vt pars integralis Sacramenti, quia cum homo etiam in peccato existens sit capax remissionis peccatorum ex confessis, & remissis peccatis relictæ, cumque per peccatum penitentis merita Christi non extinguantur, non est, cur hunc effectum penitentiam Sacramentali, etiam in statu peccati solutæ denegemus. Rectè igitur ex his omnibus Pater Leandrus nostram sententiam amplexus est, quam etiam admittit Vigiers in *supplem. ad 3. part. D. Thom. q. 15. art. 2. num. 11.*

4. Nota etiam, Leandrum nominatim contra me, quæst. 101. *ubi supra*, docere commutationem penitentiam posse fieri à Confessario extra confessionem Sacramentalem etiam à secundo Confessario; quod est valde notandum. Sed ego non discedo à sententia, quam docui in loco ab ipso citato, & docet nouissimè Amicus *ubi supra in Curs. Theol. tom. 8. disp. 16. sect. 4. num. 47.* etenim sicut non licuit priori Confessario penitentiam imponere, nisi ex Sacramentali iudicio, ita neque licebit posteriori, illam in aliam commutare, nisi ex Sacramentali iudicio cum vtique teneatur integrum facere Sacramentum: integratur autem Sacramentum per penitentiam Sacramentalem iniunctam.

5. Instabis. Potest Pontifex, vel Episcopus mutare Sacramentalem Penitentiam extra iudicium Sacramentale per applicationem indulgentiæ per quam, aut tollitur tota, si sit plenaria; aut pars, si plenaria non sit. Respondeo, posse Pontificem, vel Episcopum per applicationem indulgentiæ extra Confessionem sacramentalem penitentiam mutare; quia per indulgentiam ex opere operato supplere possunt effectum sacramentalis satisfactionis, qui est remissio peccatorum relictæ ex peccatis condonatis, & recompenlatio diuinæ offensæ, quæ recompenlatio æquè fit per indulgentiam, per quam Christi satisfactio applicatur: quos effectus supplere non possunt inferiores Sacerdotes extra Sacramentum Penitentiam. Et hanc sententiam, me citato, tenet etiam Trullench. *de Sacram. lib. 4. cap. 6. dub. 3. num. 9.*

6. Idem Leandrus, quæst. 47. docet, nominatim contra me, quod penitens satisfacit penitentiam danda elemosyna, dando illam patri, fratribus, aut aui indigentibus, si teneatur illis aliter subuenire; quia benigna interpretatione censetur confessarium tali elemosyna alias ex præcepto contentum esse. Sed ego iterum negatiuè sententiæ adhaereo, & illam docet nouissimè Amicus *ubi supra, sect. 5. dub. 9. num. 90.* ubi sic asserit: Si imponatur pro penitentia elemosyna, satisfacit penitens, etiam si illam faciat extreme indigenti, cui alias ex præcepto charitatis tenetur illam facere. Secus si illam faciat propter parentes, vel consanguineis, qui ordinariè semper extreme indigent. Ratio discriminis est; quia hic casus obligat ordinariè penitentem ad succurrendum suis extreme indigentibus, non autem ille; proinde ille non censetur, sicut iste à penitentia confessarij exclusus. Ita ille.

7. Et tandem nota, quod cui integrum Rosarium, ex tribus partibus constans, iniunctum est in penitentiam, satisfacit recitando tribus diebus singulis singulas partes. Item penitens impotens ad implendam penitentiam ieiunij in pane, & aqua, non tenetur ieiunare modo consueto Ecclesiæ. Et cui iniunctum est in penitentiam, vt quotidie per vnum annum, mensem, vel hebdomadam, Psalmos, vel Coronam recitet, satisfacit si vno, duobus, aut tribus diebus, &c. hæc recitet simul. Ita Leandrus, *q. 74. 75. & 79.* Non esse verò denegandam absolutionem

Sup. hoc inf. in Ref. 14. §. 1. in fine, & in Ref. 23. §. 2. & in Ref. 24. §. Nota etiã cum eodem, & signat. et in fine, & latè in Ref. 25. §. Sed pro. & §. Sed contrariam. & in Ref. 26. & cursim in Ref. 28. §. Sed circa, vers. Dummodo.

Sup. hoc inf. in Ref. 50. §. Tertio inferitur & cursim in Ref. 4. tr. 7. Ref. 64. §. vlt. in fine.

Sup. hoc inf. in Ref. 11. §. vlt. ad med. vers. Idem. & in Ref. 50. §. Quarto inferitur.

Sup prima diffici. huius §. in tom. 8. tr. 4. Ref. 47. Pro secunda in to. 4. tr. 6. Ref. 66. §. 1. Pro tertia inf. in Ref. 21. Pro quarta sup. in Ref. 2. §. vlt. & in Ref. 4.

TON  
PAPA  
II

nem penitenti, si nollet acceptare penitentiam pro peccatis confessis, nisi leuem, & exiguam; secus autem si nullam; docet ex Layman Castrus Palaus ubi sup. §. 4. n. 5.

## RESOL. X.

*Adducuntur alia doctrina consolatoria pro Confessariis scrupulosis circa impositionem penitentia in sacramentali confessione.*

*Prima est, quod possit Confessarius dare leuem penitentiam pro magnis peccatis, si post eius absolutionem apponat clausulam istam; Quidquid boni feceris, sit tibi in remissionem peccatorum, &c.*

*Altera doctrina est, quod si probabiliter Confessarius opinatur penitentem lucraturum esse aliquam Indulgentiam plenariam, potest similiter pro magnis peccatis imponere penitentiam leuem.*

*Et docetur esse Indulgentiam plenariam concessam ab Adriano VI. omnibus Christi fidelibus, qui salutationem Angelicam vesperinam, seu post-Completorium post solis occasum ter recitant, cum versiculis solitis, etiamque eam lucrari, si illam ignorent.*

*Imo additur, quod si quis recitavit sero in statu peccati mortalis dictas salutationes Angelicas, si postea mane, & gredeat in gratiam, lucrabitur illam Indulgentiam Adriani VI. Ex part. 1 o. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 1.*

§. I. **V**ocatus fui his diebus à Confessario, qui imponendis penitentis dum excipiebat Confessiones, postea nimis angebatur scrupulis; & ad eius consolationem, & quietem adduxi duas opiniones. Prima est, quod possit Confessor dare leuem penitentiam pro magnis peccatis, si post eorum absolutionem, & apponat clausulam istam; *Quidquid boni feceris, sit tibi in remissionem peccatorum.* Et ratio est; quia quamuis per huiusmodi clausulam; non alliget penitentes ad bona opera (saltem in particulari) peragenda, efficit tamen, ut quaecumque peregerint, eis in penitentiam sacramentalem cedant. Sic D. Thomas, *Quodlibet*, 3. artic. 28. & ex illo P. Soto, *lect. 2. de Satisfact.* & alij, quos Ego alibi citavi; quibus nunc addo me citato Leandrum de *Sacram.* tom. 1. tract. 5. disp. 9. q. 109. Martinum de San Ioseph, in *Monita Confess.* tom. 1. l. 1. tract. 26. de *Penitentia*, num. 12. & me citato Bassæum v. *Satisfactio*, numero 5. ubi sic ait: Præterea non solam iniungi possunt opera in particulari, verum etiam in generali, ut si Confessarius absolvendo dicat: *Quidquid boni feceris, & mali sustineris, sit tibi in remissionem peccatorum;* huiusmodi enim opera sic iniuncta eleuantur ad satisfactionem, ex opere operato pro peccatis in illa confessione manifestatis, quia per huiusmodi iniunctionem sunt pars Sacramenti; unde vsu receptum est, ut modicæ penitentia iniunctæ, suppleri potest per bona opera, quæ ut plurimum ab hominibus præstantur. Ita ille. Vide etiam Baucium in *Casibus singularibus Conscientie*, cas. 111. & Trullench, de *Sacram.* libro 4. capite 7. dub. 2. num. 9. & 14. Hanc sententiam me citato tenet Machadus, tomo 1. libro 3. part. 1. tract. 5. docum. 9. numero 5. ubi sic ait: [ *Para assegurar este peligro, e inconueniente, anadio la Iglesia en especial cuyd. do à la forma de la absolucion aquellas ultimas palabras:* ] *Quidquid boni feceris, vel mali sustineris, sit tibi in remissionem peccatorum, &c.* [ *Las quales afirman grandes Autores, que si uen de que el Confessor se libere de pecado en auer im-*

*puesto penitencia leues por graues pecados; por que generalmente hablando, los hombres por la mayor parte hazen algunas obras buenas, y padecen muchos trabajos, que applicados por el Confessor, tienen razon, y ser de satisfacion sacramental.* ] Et tom. 2. lib. 7. part. 2. tract. 5. docum. 5. num. 1. sic etiam me citato; asserit: [ *Finalmente acerca de las ultimas palabras: conuene à saber; Quidquid boni feceris, vel mali sustineris, &c. se ha de aduertir, que aunque no tienen necessidad, y connexion alguna con las de la forma: con todo esso, segun enseñan gravissimos Autores son tan importantes, y tienen tanta fuerça para la satisfacion, y penitencia para la remission de la pena: que aunque el Confessor huiera pecado en auer impuesto corta penitencia al penitente, y desigual à la gravedad de sus pecados, se enseñara dela culpa con aplicarselas, en la forma que la Iglesia las aplica, por que verdaderamente no se puede negar que los hombres hazen muchas obras buenas, y muchas de ellas padecen muchos trabajos; y aplicado lo vno, y lo otro por penitencia, tienen razon de satisfacion sacramental.* ] Et licet hanc doctrinam non admittit Cardinali de Lugo, ut ego alibi adnotavi, tamen præter Doctores citatos, illam admittit Reuerendissimus Candidus, Sacri Palatii Apostoli dignissimus Magister, tom. 1. *disquisit.* 24. art. 3. 1. dub. 16. ubi sic asserit: Tres sunt gradus bonorum operum penantium, quibus Deo satisfacimus, Primus, & præcipuus ille est, quando illa bona, quæ agimus, sunt speciatim, & in particulari iniuncta à Confessore, hæc enim opera sunt maxime satisfactoria. Secundus gradus est eorum operum, quæ Confessor iniungit generatim, & sub conditione, dicendo: Si quid boni feceris, & mali patienter sustineris, & hæc etiam sunt multum satisfactoria virtute clausi, & magis quam sint illa, quæ propria voluntate ex deuotione facimus, quia hæc nullo modo sunt sacramentalia, & idè cæteris paribus minus habent de satisfactione. Ita bene declarat Caietanus in *opusculis*, tom. 1. tract. 6. quest. 1. de *satisfactione*. Hinc possunt excusari à peccato Confessores imponendo paruas penitentias in particulari; quia omnes hæc clausula iam videntur: *Quidquid boni feceris, & mali patienter sustineris, sit tibi in remissionem peccatorum tuorum;* homines autem, ut plurimum, in hoc mundo bona multa faciunt, & mala plurima sustinent, quæ sic applicata rationem habent satisfactionis sacramentalis, quo fit, ut fructuosa maxime sint hæc verba *Quidquid boni feceris, &c.* & declaranda penitenti, ut sciat leuem penitentiam sibi idè imponi, quia omnia bona opera totius suæ vitæ in satisfactionem penæ peccatis suis debite iniunguntur. Ita Candidus. Vnde ex autoritate tantorum virorum satis remanet probabilis hæc opinio.

2. Alteram doctrinam supradictæ Confessario adduxi; nempe posse Confessarium in sacramento Penitentia leues penitentias imponere, quia probabiliter opinatur penitentem lucraturum esse aliquam Indulgentiam plenariam; & ita docet in terminis Pater Gobat in *Thef. Indulg.* part. 2. c. 39. num. 687. ubi hæc ait: Confessarius potest in omittenda penitentia vindictiua, accommodare se opinioni, quæ probabiliter credit suum penitentem, lucraturum mox, vel lucraturum iam esse Indulgentiam plenariam ratione Congregationis, cui incipit esse, ratione numismatis quinque Sanctorum, &c. Et vel maxime hoc facere potest, quando penitens gratus est antiquis penitentis ieiuniorum, disciplinarum, rolatorum, confessionum octiduarum, &c. Et hoc

Alibi in tribus Ref. præteritis, & cū Villalobos ex doctrina Ref. seq. §. 2. eundem in fin. vers. Vnde, & inf. in Ref. 18. §. Nota hic. & in Ref. 31. §. Quarto leuando.



hoc ipsum praticare potest etiam in casu, quo poenitens non scit se lucratum esse, vel mox lucraturum Indulgentiam plenariam. Et quia tam multi Indulgentias parciales adipiscuntur ratione Concionum, aut Temporum ordinum Mendicantium, quæ ad eunt, & visitant. Item ratione Confraternitatum, Nominis Iesu, &c. Item ratione Confraternitatum, quibus sunt adscripti: itemque ratione ternæ salutationis Angelicæ, quam ad pullum matutinum, & vesperinum recitant. Hæc omnia Gobat, quæ magis late probat in *traict. de Iubileo, cap. 25. quest. 67. n. 170.* vbi me citato inter alia sic ait: Tenetur idem Confessarius imponere poenitentiam vindictivam, seu satisfactivam, quando non est ipsi satis probabile, obtinuisse poenitentem, vel mox obtenturum esse Indulgentiam, Argument. Concilij Tridentini, *sess. 14. cap. 8.* teneturque poenitens illam admittere quando similiter non habet probabilem coniecturam se positum, aut potiturum Indulgentiam, poenitentiam adæquante, Argument. eiusdem Concilij Tridentini, *loco citato*, potestatem ligandi Sacerdotibus concessam extendentis etiam ad poenitentiam iniunctionem, & communiter Doctores contra nonnullos. Si tamen probabiliter credat Confessarius, poenitentem iam consecutum aut mox consecuturum Indulgentiam plenariam, aut aliam æqualem poenæ ab ipso promeritæ, potest omnem poenitentiam, in quantum est vindictiva, seu punitiva, & satisfactiva, omittere, sicut & ob eandem causam poenitens etiam absque consensu Confessarii. Ita Gobat. Itaque in opinione Patris Gobat; potest, v. g. Confessarius imponere mane leuem poenitentiam in Confessione absque peccato, quia satis probabiliter existimat poenitentem sero, vel altero die lucraturum Indulgentiam plenariam in recitatione Angelica velpertina, stante Indulgentia plenaria concessa ab Adriano V I. omnibus Christi fidelibus, qui dictam salutationem Angelicam recitent: de qua Indulgentia vide etiam eundem Gobat me citato *cap. 30. q. 85. num. 690. cum seqq.* & me citato *Lezana in Summa Q. Regul. tom. 3. verb. Indulgentia, n. 20.* & me citato *Leandrum de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 149. 37.* & me citato *Marjam de Rhetia Cappucinum in Fasciculo Sacrament. Indulgentiarum, Elcobar virum doctissimum, & amicissimum, in Theol. moral. tract. 7. exam. 5. c. 8. n. 54* & *Layman* penes ipsum.

3. Et hanc Indulgentiam lucrari omnes Christi fideles, etiam si illam ignorent, satis alibi probavi, ex *Molina, Portel*, & aliis; quibus nunc addo me citato *Leandrum vbi supra*; & me citato *Gobat part. 1. cap. 14. quest. 48. n. 163.* & me citato *Martinum de S. Iosephi in monita Confessoriorum, tom. 1. lib. 1. tract. 6. de indulgentiis, num. 8.* *Quintanaduenam in Theolog. Mor. tom. 1. in Appendice, tract. 9. dub. 6. num. 1. & 6.* *Elcobar vbi supra.* *Thomam Leonardum Dominicanum in Theatro Sacratissimi Rosary, cap. 9. fol. 59. §. vlt.* *Pellizarium in Manuali Regul. tom. 2. tract. 8. cap. 5. num. 250.* & *Eminentissimum Dominum meum Cardinalem Lugo de Sacrament. Poenitentia, disp. 27. sect. 6. num. 81.* vbi firmat hanc sententiam, & respondet ad argumenta contraria: Ex quibus patet vt diximus, omnes Christi fideles lucrari Indulgentiam plenariam recitando post solis occasum tria Ave Maria cum versiculis solitis, etiam si nescirent, quod recitantes illas salutationes Angelicas Summus Pontifex concesserit Indulgentiam plenariam. Immo plus addo, secundum opinionem probabilem aliquorum; quod si quis recitavit sero in statu peccati mortalis dictas salutationes Angelicas, si postea mane v. g. redeat in gratiam, lucrabitur illam Indulgentiam plenariam *Adriani V I.* Et ita docet ex *Syl-*

nostro, *Paludano*, & *Navarro*, *Quintanaduenas in Theol. Moral. tom. 1. in Appendice tract. 8. dub. vlt. n. 5.* & me citato *Martinus de San Ioseph in monita Confessoriorum, tom. 1. l. 2. tract. 4. de Indulgentiis, n. 5.* & me citato *Bassæus in Floribus Theolog. vers. Indulgentia 2. num. 4.* *Pellizarius in manual. Regular. tom. 2. tractat. 8. cap. 5. sect. 5. num. 255.* cum *Cardinali de Lugo* & *Filiucio* penes ipsum, qui omnes hanc sententiam tanquam probabilem admittunt. Vnde pro casu nostro *Gabat de Indulgentiis, part. 1. cap. 12. quest. 44. n. 256.* fatetur hanc sententiam esse practicè valdè tutam, vt tam Confessarius circa poenitentia iniunctionem, quam ipse poenitens circa eius executionem, possint in praxi huic opinioni se accommodare. Et hæc omnia satis confirmant opinionem dicti Patris Gobat, quam supra adduximus, nempe, posse Confessarium in poenitenti vindictivis se leviter gerere cum poenitentibus, existimantem eos mox Indulgentiam aliquam lucraturos. Nec obstat quod difficilè quis scire potest se verè lucratum esse indulgentiam. Respondeo; licet raro, vel numquam possit constare integrè aliquem satisfecisse pro peccatis, vel Indulgentiam fuisse lucratum; dico tamen ad nostram rem sufficere quod probabiliter quis videatur, satisfecisse; cum probabilitas sufficiat, vt quis prudenter operetur. Et ita ex *Lugo*, & *Soto* docet *Tamburinus opus. de Confessione, lib. 4. cap. 1. §. 1. n. 6.*

4. Nota vero quod omnia superius dicta, à me tam diligenter observata sunt, non vt habenas laxarent Confessariis imponendi oscitanter, & ad libitum leues poenitentias in Sacramentali Confessione: Absit hoc. Sed postquam prudenter, & consideratis omnibus circumstantiis ex parte Poenitentis, satisfactionem imposuerunt, ne dent postea locum scrupulis, nec sinant ab ipsis vexari, sed quiescant ex doctrinis superius allatis. Itaque omnia superius dicta pro scrupulosis tantum admittenda esse puto, quibus aliqua conceduntur, & permittuntur, quæ aliis nec concedi, nec permiti possunt, ac debent.

RESOL. XI.

An Confessarius possit imponere poenitentiam omnino liberam faciendam arbitrio poenitentis?

Et inferitur, quod non requiritur semper, vt Confessarius iniungat aliquod opus in particulari, sed sufficit, vt dicat, impono tibi pro poenitentia, quicquid bodie, vel hac hebdomada, vel mense feceris.

Et an tamen ex voluntate Confessarii, & ex iusta causa possit poenitentia impleri per alium, & sum effectum ex opere operato in eo, pro quo impletur, sortiri? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 82.

§. 1. **N**EGatiuè ex *Vasquez* respondet *Turrianus* *Sup. hoc inf. in Ref. 37. §. Noca tertio. & cursum in alio versiculus not.* *de poenit. disp. 35. dub. 2.* quia si poenitentia, est libera, non provenit à potestate ligandi. hæc enim ligat poenitentem; vnde non erit pars Sacramenti. Deinde prædictus modus ligandi non quadrat in sententiam: sententia enim iudicis iusta ligat, & aliàs non est sententia, sed consilium iudicis; ergo, &c. Vide etiam *Petrum Fay de poenit. in addit. ad 3. part. q. 15. art. 1. disp. 4.*

2. Sed his non obstantibus affirmatiuam opinionem docet *Villalobos in summa, tom. 1. tract. 9. disp. 77. n. 2.* vbi sic asserit. *Ha se de aduertir, que no esta obligado el Confessor a dar siempre la poenitencia por via de precepto, que algunas vezes basta de xir, si hissiere des tales, y tales buenas obras, yo os la doy en poenitencia, que con esto por virtud de las llaves se levanta de punto aquella satisfacion, y esta muy en uso*

Dd entre

entre Confessores. Ita ille, & ante illum Filiucius tom. 1. tract. 8. c. 2. n. 37. & Fagundez pr. 2. lib. 9. cap. 3. num. 11. Henriquez lib. 5. de Penit. c. 2. n. 5. & Suarez tom. 4. disp. 38. sentent. 3. n. 2. qui citat Paludanum, Sotum, Victoriam, Ledefnam, & alios. Et ratio est, quia Sacerdos imponendo in tali pacto poenitentiam ligat, & soluit; ligat quidem, quatenus necessitatem huius poenitentiae imponit, non simpliciter, sed ad hunc finem, consequendi ex opere operato remissionem poenae per hoc Sacramentum: soluit autem, quatenus facienti talem poenitentiam, commutat poenam purgatorij in faciliorem poenam, quae per se, & sine virtute clavium necessaria esset. Vnde ex his colligitur pro praxi, vt optime obseruat Villalobos *ubi supra*, quod optimi Confessarii semper in ab-  
 lutione deberent addere illa verba, *quidquid boni egeris, aut mali sustinueris, &c.* Ex his etiam inferitur eum Fagundez *ubi supra*, cap. 5. n. 1. quod non requiritur semper, vt Confessarius iniungat opus in particulari, sed sufficit si dicat, praesertim personis spiri-  
 tualibus. Impono tibi poenitentia quidquid hodie, vel hac hebdomada, vel mense boni feceris.

Sup hoc la-  
 tissime supra  
 in Ref. 7. & in  
 caeteris aliis  
 Ref. & 65.  
 eius pume  
 not.

Sup hoc in-  
 fra in Ref. 37.  
 §. Nota quod  
 to, & in Ref.  
 45. Nota Pas-  
 qualigum.

3. Notandum est etiam hic obiter contra eundem Turrianum *dub. 3.* Vasquez, & Martinum Ledefnam, posse poenitentiam ex voluntate tamen Confessarii, & ex iusta causa per alium impleri, & suum effectum ex opere operato in eo, pro quo impletur, sortiri, quia hoc modo impletur semper intelligitur actus personalis poenitentis, quatenus ad illius petitionem, & preces fit, & vt sic potest esse suo modo pars Sacramenti suscepti, & hoc debet fieri à Confessario à principio, quando imposuit poenitentiam, & in actu confessionis. Et ita hanc sententiam docent Fagund. *prax. 2. lib. 9. c. 4. n. 12. & 13.* Filiuc. *ubi supra*, n. 58.

RESOL. XII.

An aliquando sit conueniens imponere poenitentiam implendam per opus alias preceptum?  
 Et an, si Sacerdos imponat ieiunium absolute, satisfaciat poenitens per ieiunium, per quod aliunde tenetur?  
 Et quid, si Confessarius precipiat, vt in diebus festis dua Missa audiantur, vel quando elemosyna iniuncta sit, an intelligendum sit, Missam, quae in precepto est, & elemosynam quomodocumque factam, etiam comprehendere velle? Ex part. 3. tract. 4. Resol. 83; alias 84.

Sup hoc in-  
 fra in Ref. 37.  
 §. Notandum  
 secundo.

§. 1. **D**idacus Nugnus in *addit. ad 3. p. q. 1. §. art. 1. disp. 2. concl. 2.* docet id non esse conueniens, & Confessorem imponentem talem poenitentiam peccare venialiter, si confessio sit de venialibus; & mortaliter, si confessio sit de mortalibus, & probat hanc opinionem tribus argumentis.

2. Sed contrariam sententiam prorsus tenendam esse existimo, quam aduersus Nugnum tenet nouissimè Turrianus de *Penitent. disput. 37. dub. 2.* Suarez, Vasquez, Henriquez, quibus ego addo Layman in *Theolog. moral. lib. 5. dub. 6. cap. 1. §. num. 10.* Villalobos in *summ. tom. 1. tractat. 8. cap. 2. num. 46.* Fagundez *pr. 2. lib. 9. cap. 5. num. 8.* Thomam à Iesu in *el Tribunal de la Consciencia, tract. 2. c. 2.* asserentes, posse hoc expedire vt saltem ex parte aliquid poenitentiae imponatur per opus preceptum implendum, considerata poenitentis dispositione, & infirmitate. Et certe cum opus precepti sit satisfactorium, atque aded possit per illud perfici Sacramentum, & opus eleuans vt sit satisfactio sacramentalis, non apparet quare non possit aliquando à Confessore iniungi iuste virtute clavium.

3. Notandum est tamen hic non debere imponi regulariter pro satisfactione sacramentali opera debita precepto aliquo. Vnde inferitur, quòd si Sacerdos imponat ieiunium absolute, non satisfaciet poenitens per ieiunium ad quod aliunde teneretur, mens enim, & intentio Sacerdotis in hoc casu est prescribere ieiunium plenè liberum, nisi ex verbis Confessarii, vel rei circumstantis contrarium colligi possit. Puta si Confessarius precipiat, vt diebus festis dua Missa audiantur, intelligendus est, Missam, quae in precepto est, etiam comprehendere velle. Item si cui certa elemosyna iniuncta fuit, si satisfacit etiam, dando extremè indigenti. Cum enim casus iste extraordinarius sit, & raro contingens, non videtur Confessarius eum excludere voluisse, ne alioquin poenitens nimis fortasse grauetur duplicem elemosynam dando. Et sic docet Petrus Fay de *penit. in addit. ad 3. part. q. 1. §. art. 1. disp. 2. concl. 1.* Layman in *Theol. moral. lib. 5. tract. 6. c. 1. §. n. 10.* Coninch de *Sacram. disp. 10. dub. 8. n. 69.* & alij *ubi supra*, quidquid in contrarium asserat Sotus in *4. dist. 1. c. quæst. 2. artic. 1. in fine*, vbi sic distinguit. Si obligatio faciendi elemosynam superuenit post confessionem, sufficit illa elemosyna ad implendam obligationem poenitentis; secus si antecessit. Sed hanc distinctionem merito impugnant Suarez, Turrianus, & Fagundez. Nam quid quæso refert; quòd obligatio antecedit, vel subsequatur.

RESOL. XIII.

An Confessarius possit imponere sub poenitentia, quod sacra Eucharistia non suscipiatur?  
 Ex quo etiam deducitur, an expediat Prelates Religionum priuare susceptione Eucharistiae suos subditos causa illos mortificandi; nec id expediat Confessarius erga suos poenitentes?  
 Et docetur, quod Communiones, quae ex consuetudine praescriptae sunt fieri, potest Prelatus imperare; quae vero praescriptae non sunt, non possit iubere quia ad id, quod est super Regulam, non potest obligare.  
 Etiamque notatur, quod sumptio Eucharistiae possit imponi sub poenitentia, sed eam acceptare non tenetur poenitens. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 114. alias 115.

§. 1. **H**æc quæstio nostris temporibus fuit in Hispania inter viros doctos summo opere agitata, & affirmatiuum sententiam docuit Salazar *tract. de frequent. commun. cap. 1. §. 1.* vbi sic asserit. *El sentimiento de la Iglesia vniversal es y ha sido siempre, que el Confessor puede imponer por penitencia la dilacion de la Comunión si ay iustas causas para ello, y que muchas vezes la suele auer. No puedo citar por esta sentencia ninguno en particular, porque nadie la ha tratado en terminos; & post multas rationes, quas adducit, tandem sic concludit. Se collige claramente que aunque en la especulacion podamos tener diuersos paracres, però en quanto à la pratica todos hemos de conuenir en que el penitente à quien su Confessor le mandare en penitencia de sus culpas, que no conuulgue, siempre estara obligado à obedecerle. Porque el dicho Confessor para dar la penitencia es superior, y la que le impone es siguiendo opinion probable, y assi aunque para las escuelas sea este punto de controuersia de argumento y disputas, para los poenitentes, no es materia de duda ni consultacion. Ita ille.*

2. Sed his non obstantibus contrariam sententiam docet Sancius in *selectis, disputat. 33. per totam*, quia cessatio operis virtutis nullius est entitatis, nec penalitatis materialis requiritur ad Sacramentum, & consequen-

consequenter nec meriti, nec satisfactionis, in addit. num. 2. 1. quod Confessarius iniungens sub poenitentia non sumptionem Eucharistiae, aduersatur Concilio Tridentino, & Cardinalium declarationi. Deinde num. 2. 1. §. 23. varios textus explicat, in quibus decernebatur delinquentes priuandos fore per aliquod tempus communionem in poenam sui delicti, & resoluunt ex dictis decretis, non posse sumi argumentum, quod possit Confessarius imponere sub poenitentia cessationem sumptionis Eucharistiae. Ex hac & multis aliis rationibus, quas ibi adducit Sancius, notat primo in disp. 30. num. 5. quod non expedit Praelatis Religionum priuare susceptione Eucharistiae suos subditos causa illos mortificandi, nec id expedit Confessariis erga suos poenitentes, quia de se minus bonum mortificatio adducit subdito, quam susceptione Eucharistiae. Secundo notat, quod poenitens purus a mortali, sequens consilium Confessarij ventantis communionem sine praecauendi peccata venialia, vel imperfectiones, licite agit, & meretur melius tamen egisset, si communicasset contra huiusmodi consilium, aliorum Doctorem opinionem sequens, dicentium non esse amplectendum in illo euentu; quia ex communionem plura nascerentur bona, quam ex abstinentia. Et quamuis per accidens contingat ob negationem Eucharistiae curare magis poenitentem cauere peccata venialia, non ob id expedit illam denegare; quia quae per accidens eueniunt possunt etiam non euenire, & alias iam habet poenitens, vt dum mundus sit a mortali, sibi non negetur Eucharistia. Vnde poenitens non habens conscientiam peccati mortalis, non tenetur obedire ex praeccepto Confessario praecipienti, ne communiect ob finem acquirendi emendationem venialium, vel imperfectionum. Iurisdictione namque Confessarij non se extendit ad negandam Eucharistiam. Et tandem tertio notat quod supio Eucharistiae absolute potest imponi sub poenitentia, quia est actus virtutis Religionis, non tamen tenetur illam acceptare poenitens, quia grauius non potest acceptare opus quod adimplendum sit in statu gratiae, & status poenitentis non est aliquid materiale, & sensibile, & consequenter non potest rationem poenitentiae intrare. Et nota etiam hic obiter, quod communionem, quae ex constitutione praefinita sunt fieri, potest Praelatus imperare; quae vero praefinita non sunt, probabile est non posse iubere, quia ad id, quod est supra reuocatum, non potest obligare. Haec omnia Sancius, vtr doctissimus & amicissimus, quae tamen ab aliquibus non admittuntur, & ideo an sint probabiliter dicta, alijs iudicandum relinquo, ego enim libenter adhaereo sententiae P. Salazar vbi supra, viri quidem doctissimi.

RESOL. XIV.

- An Confessarius possit imponere poenitentiam, ne quis tali die recipiat Eucharistiam, & si poenitens talem poenitentiam acceptauit, teneatur postea illam implere?
- Et an sumptio Eucharistiae possit imponi in poenitentia?
- Et an poenitens in vitroque casu teneatur talem poenitentiam acceptare?
- Et cursum docetur posse Confessarium commutare poenitentiam ab alio impositam, dummodo fiat in sacramentalem confessionem, & habeat aequalem potestatem. Ex par. 10. tr. 13. & Misc. 3. Resol. 47.

AD vtrumque Casum negatiue respondet Baucius in Miscellan. C. sum. Conscientia, Tom. 1. Opusc. 2. questione 228. Et ratio quoad pri-

mum est, quia cessatio ab actu virtutis non potest esse obiectum poenitentiae; vt fufius disputat Sancius correctus in Selectis, dissertatione duodecima, sed non communicare est cessare ab actu virtutis, ergo. Quoad secundum vero sic asserit: Certum est non teneri acceptare eiusmodi poenitentiam, & teneri Confessarium aliam dare; sed si eam acceptauit, putans se teneri, dico, salvo meliori iudicio, cum non inuenerim apud Doctores, quod non tenetur adimplere poenitens hanc poenitentiam, nimirum cessare a Communionem. Et ratio Mihi est, quia non est actus virtutis, licet contineat in se actum obedientiae Confessario, cum sit impeditiuum maioris boni, nempe fructus ad augmentum gratiae, quod prouenit ex perceptione huius Sacramenti, necnon acquiritur robor ad resistendum tentationibus Diaboli, & ad sedandum fomitem, cum sit hoc Sacramentum vinum germinans Virgines Zach. 9. Probatur praeterea, si Confessarius ex malitia, vel ignorantia imponeret poenitenti onus satisfaciendi poenitentiae, quae est in se mala, saltem venialiter; vel poneret illum in occasione proxima peccati mortalis, vtique poenitens si ex ignorantia acceptauit hanc poenitentiam, non teneretur adimplere; ergo idem dicendum est, quando poenitentia imposita a Confessario, est impeditiua maioris boni, non tenetur poenitens eam adimplere: Puta quando poenitens sine conscientia peccati mortalis, & deuotus accedit ad Communionem Sacramentalem. Arbitror vero ad hoc vt Sacramentum fiat integrum, in alia Confessione non iterata Confessione, sed intra Sacramentum, ac nouam Confessionem debere poenitentem petere commutationem talis poenitentiae; vt docui in Praxi Confessionum 2. edit. fol. 133. vbi dixi cum Doctoribus a me citatis, posse ex iusta causa commutari poenitentiam ab alio Confessore impositam, dummodo fiat intra sacramentalem confessionem, & habeat aequalem potestatem, sicut habuit prior confessarius, qui primam poenitentiam imposuit. Huc vsque Baucius.

2. Sed ego \* alibi contra Baucium in vitroque casu, opinionem affirmatiuam tenui, & me citato tenet nouissime Marcus Serius tom. 1. de Officio Parochi disputat. 4. difficult. vnica quest. 22. num. 3. & me etiam citato. Leandrus de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disp. 9. quest. 38. vbi quaerit an etiam imponi possit sub poenitentia, quod Sacra Eucharistia non recipiatur? Et respondet posse; quia praecceptum latum de non recipienda Eucharistia, est punitiuum, & poenale; & iustum si detur cum hac intentione, sub poenitentia: Ergo bene potest a Confessario poenitentia iniungi; & consequenter tenetur poenitens illi parere. Haec etiam est praxis Fidelium, qui omnes vnanimiter hanc praedictae sententiam sequuntur, & ingenue amplectuntur.

3. Vnde hic non deseram etiam apponere verba Eminentissimi Domini mei Cardinalis de Lugo, qui, de Sacram. Poenit. disp. 25. sect. 5. n. 65. sic ait: Dubitari potest, an possit Confessarius imponere in poenitentiam, quod absteineat poenitens a Communionem aliquot diebus? de quo controuersia fuit annis praeteritis, quibusdam id negantibus, quod late defendit Ioan. Sancius in select. disp. 3. per totam, vbi multa congerit; quibusdam vero affirmantibus, quos defendit Pater Ferdinandus de Salazar, tract. de frequent. Communioni, cap. 14. §. 2. Ex iis autem, quae diximus, disp. 17. de Eucharist. facile respondere possumus, ostendimus enim, frequentem vsu Communionis non esse rem ita determinate bonam, vt non possit aliquando, & in aliquibus circumstantiis melius esse abstinere, quam accedere, etiam si non sit conscientia peccati mortalis: Quod auctoritate, ratione,

Sup. hoc infra in Ref. 25. §. 2. post mediu, & si gnater a vers. His tamen, & in alijs eius annor. Sup. casibus seqq. in hoc §. late infra in Ref. 25. §. Sed graue & §. Sed pro. & in alijs Ref. & §. corum not. \* Alibi in Ref. praeterita.

TON. para. 10. II

tione, & exemplis late probauimus. Cum ergo Confessarius possit præcipere opera honesta: & virtutum, in penitentiam; non videtur dubium in genere, & de possibili loquendo, quod possit aliquando præcipere penitenti, vt abstinere à Communione tali die: quando, scilicet, constat, melius esse tunc abstinere, quam accedere; quod ex statu penitentis, & defectu reuerentiæ, & dispositionis colligi prudenter potest. Dum tamen illa omisso Communionis non sit occasio alius iudicandi, quod à Confessario fuerit in penitentiam imposita, ne forte hæc via cogere penitentem suam Confessionem manifestare. Regulariter tamen non expedit talem penitentiam imponere, licet in casu rarissimo negandum non sit, quod possit vtiliter imponi.

Sup. hoc cum eodem Sancto hic citato in Ref. præteritis, §. vltim. pro finem, vers. Et tandem tertio notat.

4. Magis autem displicet, quod prædictus Sancius, disp. 30. notat, quod sumptio Eucharistiæ, licet possit in penitentiam imponi, quia est actus virtutis religionis; non tamen tenetur illum acceptare penitens: quia non potest obligari ad acceptandum opus, quod adimplendum sit in statu gratiæ. Quod quidem si prædictus Auctor generaliter doceret, quod penitens non tenetur ad accipiendam talem penitentiam, sed possit ad alium Confessarium recurrere, relicta Confessione imperfecta; non ita displiceret: de hoc enim postea videbimus. Quod autem dicat, id prouenire ratione talis operis, quod cum exigat statum gratiæ ad sui executionem, videatur excedere Confessarii potestatem: hoc, inquam, omnino displicet: certum enim est, Ecclesiam posse præcipere Sacerdoti, vt aliquibus celebret, aut audiat Confessiones, vt ministrat aliqua Sacramenta, quæ omnia fieri debent in statu gratiæ: quantum magis poterit Confessarius hæc præcipere, qui potest etiam actus internos in satisfactionem imponere, ed quod eius potestas non arceatur ad limites fori externi? Adde nihil magis commune esse, quam imponere pro penitentia frequentiam Confessionis, mensuræ, v. g. cum tamen certum sit non posse Sacramentum etiam Penitentia suscipi, nisi in statu gratiæ; saltem in vltimo instanti, quo completè suscipitur Sacramentum: cur ergo ad Sacramentum etiam Eucharistiæ non poterit penitens à Confessario obligari. Et hæc omnia docet Cardinalis de Lugo. Sed ne deferat recognoscere doctissimum Theologum in clytæ Societatis Iesu Ioannem Petlinum, de frequentia, & usu Eucharistiæ distinct. 4. c. 5. per totum; in quo rationes Sancij & Baucij penitus labefactat.

Sup. hoc infra in Ref. 37. §. vi. & eundem ex doctrina Ref. 33. §. 1. ad medium vers. Hoc autem.

## RESOL. XV.

An Confessarius licite imponat sub penitentia Officium. v. g. mortuorum, vel alias Orationes recitandas pro animabus Purgatorij? Ex part. 3. tractat. 4. Refol. 54.

Sup. hoc in tribus Refol. seqq. & intro. 8. tr. 10. lege ex Refol. 14. doctrinam §. vlt. signat ad medium vers. Vide.

§. 1. **C** Vriosa est hæc quæstio, & in praxi sæpius à multis exercetur. Sed negatiuè respondent Vega in summ. to. 2. cap. 64. cas. 4. & Sancius in select. disp. 16. num. 1. vbi sic asserit. Mos est plurimis Confessariis iniungere sub penitentia nocturnum defunctorum, Psalmos, vel responsoria recitanda à penitentibus pro animabus in Purgatorio existentibus. Rectè tamen non procedunt: nam Sacramentum Penitentia ad remissionem culpæ, & pænæ penitentis est institutum, & vt satisfaciatur pro peccatis debitis, pars illa integralis (satisfactio videlicet) est ordinata contra naturam. Igitur huius institutionis erit partem satisfactoriam iniungere, quæ pro peccatis debitis penitenti non prodest, sed aliis, &

idem est partem satisfactoriam pro alienis peccatis iniungere, atque nullam satisfactionem imponere. Ita Sancius, qui soluit omnia argumenta, quæ in contrarium adduci possunt. Nec te fallat (ait) cum legis in Sanchez de matr. lib. 8. disp. 34. num. 4. dispensantem in foro conscientia in voto religionis, vel castitatis, posse iniungere sub penitentia recitare orationem Dominicam, & Angelicam pro animabus Purgatorij; nam ibi loquitur de penitentia in foro secreto iniuncta, non autem de penitentia sacramentali; & est dispar ratio inter forum interius, & forum sacramentale. Nec valet dicere, quod Confessarij iniungentes aliquas orationes pro penitentia offendas pro animabus Purgatorij, tantum intendunt valorem inperationis illis applicare. Nam respondeo, quod directè non prodest animabus talis penitentia, vt probat Sancius num. 12. adde quod Confessarij tales penitentias iniungentes, nunquam id cogitant. Ergo, &c.

2. Sed his non obstantibus, post hæc scripta inueni Turrianum virum doctissimum de penitent. disp. 37. dub. 4. contra Sancium docere affirmatiuam sententiam, nempe posse imponi penitenti pro satisfactione sacramentali, opus pænale applicandum pro animabus Purgatorij, lege illum, & non pigebit.

## RESOL. XVI.

An rectè Confessarij imponant penitentias applicandas pro animabus Purgatorij? Ex part. 3. tractat. addit. Refol. 11.

§. 1. **H**oc casus frequentissimus est, & passim hoc faciunt Confessarij. Sed ego pro negatiua sententia in 3. part. tractat. 4. refol. 54. adduxi Ioannem Sancium, cui nunc addo Philippum de la Cruz in thesauro Eccles. tract. 2. §. 6. num. 11. vbi sic ait. *Noten los Confesores con cuidado lo que al penitente a qui se dira, y preuengolo assi, por tener conocimiento de que quotidianamente caen en esta falta y descuido, que quando confiesan y imponen la tal penitencia, la dan, deziendo a los seglares, que rezen tantos rosarios, ayunen tantos dias: bagan dezir tantas missas, y otras diligencias; Alas Ecclesiasticos, que rezen uno, o dos Neumenos de difuntos, o los Salmas Penitenciales con sus preces, o sin ellas, o otra qualquiera oracion, y esto por las animas que estan en Purgatorio patiendo. Y verdaderamente hazen mal, porque el sacrosanto Sacramento de la Penitencia fue instituido para remitir y perdonar la culpa y la pena del penitente, y para que satisfaga por el reato, a lo qual se ordena la tal satisfacion, y assi sera contra la naturaleza de aqueste instituto el imponer la parte de la satisfacion al penitente, y que no le sea de provecho sino a otros y querer que satisfaga por penas ajenas quedando el tal obligado y cargado con las suyas proprias, y assi digo, que imponerle al penitente, quando se confiesa deste modo y manera las penitencias para que satisfaga por las animas, es no darle ninguna penitencia, y assi al penitente que desta manera se le diere, aunque tenga obligacion a cumplir lo que le mandan, y mas ya agetada, pena de pecado, ya sea grave la que le imponen, assi por pecados mortales no confessados, o confessados, y aunque sean veniales, con la comun; y enseñan Zerola, Sayro, Valencia, Coninch, Reginaldo, Rodriguez, Nannarro y otros infirmos que cita y signe Enriquez, a los quales se allega Bonacina; con todo esto no tiene obligacion a aplicar la tal penitencia por las animas de Purgatorio. El fundamento*

RESOL. XVII.

An Confessarius possit imponere penitentiam, ut satisfactionem pro peccatis impositam, applicet pro animabus Purgatorij?

Et ex doctrina huius questionis inferatur non solum pro defunctis, sed etiam pro vivis posse sacramentalem penitentiam imponi. Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 57.

§. 1. **E**Go alibi pro negativa sententia adduxi Sancium, pro affirmativa Turrianum: sed hæc quæstio magno excitavit tumores inter aliquos Theologos hic Romæ existentes, & idèd nunc denuò visum est mihi illam pertractare. Dico igitur novissimè, negativam sententiam Sancij, me citato, docere Bordonum in *conf. Regul. tom. 2. ref. 70. q. 4. n. 16.* vbi tenet, quòd Confessarius nullo modo imponere potest penitentiam pro satisfactione, ut recitet aliquam orationem pro animabus Defunctorum. Probat, tum quia opus satisfactorium ex Sacramento Penitentia præcisè institutum fuit pro delendis poenis debitis pro culpis, & peccatis iam remissis, & hoc ex primaria sua institutione: ergo non est credendum, ad alium finem, quàm intentum à Christo Domino in ipsamet institutione. Tum, quia Sacramenta tantum profunt recipientibus, & non aliis. Tum, quia Confessarius super penitentem nullum aliud ius habet, nisi in ordine ad salutem animæ eius: ergo illi præcipere non potest, ut orationibus impositis loco penitentia satisfaciatur, & profit aliis, neque enim penitens, quatenus penitens, neque simpliciter, ut suppono, habet debitum orandi pro mortuis hic, & nunc: ergo neque à Confessario cogi potest in tantum enim penitens subditur Confessario in quantum penitens est; cum extra hunc actum, quandoque penitens sit aliunde Superior Confessarij; sub ratione autem penitentis nihil debet mortuis, sed tantum sibi ipsi; aliter eadem difficultas moveri posset favore vivorum. Neque valet distinctio Turriani, quòd Confessarius possit imponere satisfactionem pro mortuis ex ea parte, qua opus spectatur ex parte operantis: quia ut sic, hoc tantum se tenet ex parte ipsius penitentis, & Confessarius imponendo satisfactionem iniungit id solum, quòd deest ad perfectionem, & complementum Sacramenti; consequenter satisfactio per suam potestatem ordinatur tantum ad opus operatum, & ad partem sacramentalem. Vel dicas, huiusmodi considerationes se tenere tantum ex parte penitentis, quatenus subiectum est huius Sacramenti; consequenter Confessarium in penitentia iniungenda non posse recedere à natura Sacramenti, cuius finis est, ut totum opus, tam ex parte operati, quàm operantis solum proficiat ipsi penitenti. Deinde quandoque satisfactio ex parte operantis in peccato mortali nihil prodest, consequenter saltem in eo casu mortuis frustratoria est. Demum opus operantis, ut quid minoris conditionis, accessorie dependet ab opere operato, & per ipsum regulatur: ergo soli penitenti potest prodesse, sicut opus operatum. Et hæc omnia docet Bordonus loco citato, qui citat Philippum à Cruz, à me antea adductum, cui adde Vegam in *Summa, tom. 2. c. 6. q. 4. cas. 4.*

Alibi in duabus Ref. præteritis, & in Ref. seq. & in tom. 8. tr. 10. ex Ref. 14. lege doctrinam §. vlt. signanter ad mediū, vers. Vnde.

2. Sed sententiæ affirmativæ non defunt alij Doctores, præter Turrianum, pro qua advertendum primò, in opere quolibet bono in gratia factò tria reperiri, videlicet, meritum, satisfactionem, & impetrationem, meritum alicuius portiois gloriæ, satisfactionem poenæ peccatis debitæ, & impetrationem beneficij alicuius à Deo. Secundò, in opere satisfactorio in penitentiam à Sacerdote imposito, du-

D d 3 plicem

damento es, porque la tal satisfacion fue dada imprudentemente, y el Confessor no tiene autoridad para imponer penitencias indiscretas, y siendo la penitencia fuera de razon, no tiene el penitente obligacion a cumplirla, como enseña la comun, y trata muy bien Villalobos. Esta doctrina mas en particular resuelve Vega y Pedraza, y entre algunos auisos que da al Confessor, pone estos por esenciales, y refiere los que mas hazen al intento, y a la letra dize Pedraza, Algunos dan en penitencia, que no buelva a caer en tal culpa; y otros, que si cayeren en ella, que sean obligados a hazer tal cosa; de lo qual se ha de guardar mucho el Confessor, porque esto es armar lazo al que va suelto. Otros que rezan tal cosa por las almas del Purgatorio, y es descuidado, porque la penitencia se da para satisfacer por si y no por otro, &c. La qual doctrina patrocina tambien el Doctor Juan Sanchez con agudeza, y parece cosa dura, que dexiéndolo Pedro mil Ducados, y queriendo pagar los por si para que desse modo quede desobligado y libre, se le premia a que aquella cantidad pague por Antonio que los dene a Marcos, y que por esso el tal Pedro, queda con la carga y obligacion de pagar: assi al presente dene uno pagar segun los pecados cometidos pena como de un año en purgatorio, debesele aplicar penitencia saludable para que quede desobligado. Llega el confessor, y mandalo que satisfaga por otro, ò por otros que estan en penas, y assi queda el tal penitente cargado con aquella obligacion, que a no satisfacer el por otro camino, saliendo desta vida con ella, es fuerza la pague en el penitencio, y assi se advierte y note, que ni misiss, ni oraciones, ni limonas las aplique el Confessor quando confessa a alguno, y le quiere imponer la penitencia por las animas, sino por el mismo penitente que es quien ha de satisfacer, como dize muy bien el Doctor Juan Sanchez. Ita ille. Verum pro affirmativa sententia in dicta resol. adduxi Turrianum tract. de Penitent. disputatione trigesima septima, dub. 4. & quia Codex rarus est, ponam hic per extensum eius verba, sic enim ait. Recentiores aliqui ausi sunt dicere hoc non esse licitum, & probant: quia opus illud est pars Sacramenti, & fructus eius est ipsi penitenti, qui recipit Sacramentum. Mihi placet primo, satisfactionem, ut habet effectum ex opere operato, non posse pro alio offerri, vel alteri applicari: quia effectus Sacramenti ex institutione Christi datur recipienti Sacramentum. Secundò existimo, satisfactionem, qua respondet operi poenali, ex opere operantis posse pro altero offerri, & alteri applicari, quia hæc non respondet soli recipienti sacramentum, neque talis est institutio, neque fundamentum ad dicendum esse talem institutionem. Tertio existimo, opus poenale posse imponi penitenti cum obligatione, ut satisfactionem ex opere operantis offerat pro anima purgatorij; nihil est enim quod hoc impediatur. Ratio verò contraria opinionis solum probat, effectum ex opere operato non posse pro alio offerri. Et hæc sententia est in usu apud doctissimos homines quos ego agnosco. Dices, illud potest esse pars Sacramenti, ergo non potest pro altero offerri. Ratio est, illud opus, ut habet effectum ut partem Sacramenti, non posse pro altero offerri, bene tamen ut habet effectum ex opere operato. An verò contraria opinio recentiorum habeat probabilitatem, dicam in censura Theologia. Ita Turrianus. Sed utramque sententiam probabilem esse ego existimo.

plicem satisfactionem reperiri: alia est ex opere operato, quæ respondet operi, quæ sacramentale est, & virtute Sacramenti elevatur: alia est ex opere operantis, quæ respondet operi, & æstimationi eius, iuxta hominis feruorem, & charitatem.

3. Hoc supposito, asserit contra Sancium Petrus Marchant. in *Tribun. Sacrament. tom. 1. tract. 6. tit. 3. quest. 5.* quod fructus satisfactionis in penitentia imposita ex opere operantis procedens, potest applicari fidelibus defunctis, etiam de mandato Confessarij, cui acquiescere debet penitens. Et hoc est, quod antiquæ praxes penitentiariarum indicat: habent enim illa opera, præter bonitatem propriam, quandam charitatis diffusionem, qua homo pro peccatis suis satisfaciens, etiam ad proximum diffunditur. Ex. gr. do elemosynam pauperi: per istud opus, & mea peccata redimo, & proximi indigentia consulo. Sic in sanctificationis penitentis imponit Confessarius Sacerdoti penitentem, ut pro defunctis celebret tres Missas; Sacerdos illas celebrans sibi acquirit portionem, quæ ex vi sacrificij ipsi celebranti ex opere operato debetur; & portionem, quæ ex vi operis per Sacramentum penitentia elevatur, oritur: fructum autem Missæ, qui cæteris, pro quibus celebratur, applicari solet, tenetur ex vi præcepti Confessarij applicare defunctis. Quod & clarissime exemplificatur de penitente, qui tenebatur Officium Defunctorum pro defuncto certo tempore legere, & non legit, si Sacerdos illi pro penitentia illud legendum imponit, absque alia penitentia. Certum primum est, penitentiam priori obligationi per hoc satisfacere. Secundò, certum est, Officium illud Defunctorum sic ex priori obligatione impositum, defuncto prodesse, quia ad illud prius habebat ius. Tertio, certum est, penitentem per hoc, sacramentalem penitentiam implere, & cum sacramentalis penitentia ex opere operato partem penæ debitæ pro peccatis diminuat, consequenter dicendum est, illam diminutionem penitentis deberi. Ex his patet responsio ad rationem in contrarium propositam.

4. Et ideo hanc etiam sententiam ex aliis rationibus, me citato, tenet etiam sapientissimus Pater Amicus in *Chr. Theolog. tom. 3. disput. 16. sect. 5. dub. 3. num. 63.* ex eo, ait ipse [quod penitentia sacramentalis inungatur penitentis pro remissione penæ alterius, non desinit esse pars Sacramenti: ergo licitum erit ad hunc finem imponere. Antecedens probatur: quoniam, ut sit pars Sacramenti, sufficit, ut virtute clauium elevetur ad conferendum effectum ex opere operato, quem semper operabitur, siue imponatur pro remissione penæ ipsius penitentis, siue alterius. Confirmatur: quia, sicut potest effectus impetrationis Sacramenti applicari alij; ita & remissio penæ. Ex his inferitur, non solum pro defunctis, sed etiam pro vivis posse sacramentalem penitentiam imponi.

5. Dices: Claves sacramentales non se extendunt ultra spheram suæ virtutis: sed virtus clauium non se extendit ultra bonum penitentis, in ordine ad quod sunt datæ claves Sacerdoti. Respondetur, distinguendo minorem: virtus clauium non se extendit immediate ultra bonum penitentis, concedo; mediata nego. Etenim per penitentiam applicandam defunctis immediate procuratur bonum ipsius penitentis, dum eius morbo medetur, qui fortasse contra iustitiam, vel charitatem deliquit in defunctos; mediata verò bonum defunctorum.

6. Ex dictis patet ad fundamentum oppositæ sententiæ. Nam ex eo, quod penitentia imponatur applicanda defunctis, non tollitur, quin possit, saltem per modum medelæ, vel cautelæ, prodesse penitentis; ac proinde in tali casu Sacramentum suo fine non

frustraretur. Non inficior tamen, tunc sacramentalem satisfactionem, quoad proprium suum effectum remittendi penam ex opere operato, non prodesse penitenti; sed defunctis: verum hoc nihil obstat: nec repugnat Sacramento Hucusque Pater Amicus, quæ tamen omnia secundum eum mentem dicta esse volo.

7. Et tandem hanc sententiam affirmatiuam docet etiam Cardinalis de Lugo de *Sacrament. Penitentia, disput. 25. num. 64.* Pellizarius de *Mon. cap. 10. sect. 3. num. 211.* & Caltrus Palauus *tom. 4. tract. 2. disp. 2. ca. punct. 21. num. 3.* Concedunt namque Sacramentum Penitentia ad delenda peccata penitentis, tam quoad culpam, quam penam institutum esse; sed inde non inferitur, orationes pro animabus Purgatorij applicandas effectum in penitente habituras non esse: habent quidem effectum ex opere operato, & virtute Sacramenti, qui à penitente animabus Purgatorij communicari non potest; tamen illis communicet effectum, seu satisfactionem, illis orationibus correspondentem, quatenus ab ipso procedunt: qui effectus est omnino distinctus, & separabilis ab effectu, & satisfactione, quem illæ orationes habent, quatenus à Confessario sunt iniunctæ, & pars Sacramenti penitentia constituta. Et ideo ex his omnibus ego prorsus huic posteriori sententiæ affirmatiuæ adhæreo. Puto tamen maturè procedendum in censurando priorem sententiam Sancij.

## RESOL. XVIII.

*An opinio aliquorum asserentium Confessarium non posse imponere penitentiam pro animabus Purgatorij sit improbabilis?*

*Et obseruatur primo sæpius Confessarios excusari à culpa imponentes leues penitentias in confessionibus ratione illius clausule: Passio Domini nostri &c. quamuis essentia absolutionis consistat in his verbis. Absoluo te?*

*Secundo posse penitentem commutare penitentiam in postam in melius.*

*Tertio, tunc dilationem penitentia grauis esse nimiam, quando differitur post tertium diem, ab impositione penitentia.*

*Sed tandem queritur, an si tempus implendi penitentiam à Confessario non sit præfixum, possit penitentia ad annum differri? Ex part. 11. tractat. 8. & Misc. 8. Refol. 26.*

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Turrianus in *selectis cent. 1. Theol. dub. 1. in fine.* Sed si hæc censura esset vera ferret non solum Sancium, Vegam, Bordonum, & alios, sed etiam ex sua Societate virum doctum Andream Mendo in *Apendice ad Bullam Cruciatæ disputat. 4. capit. 8. num. 62.* vbi sic ait: Consequentior mihi videtur opinio Ioannis Sancij, negans, posse penitentias à confessario iniungi applicandas pro animabus Purgatorij; Et saltem assero, et si confessarij sententiæ oppositæ conformetur; in praxi raro esse eas penitentias iniungendos quia par est, consulere ipsi penitenti, & conari, ut penæ ab ipso debitæ minuatur: tum quia penitentes iudicant, per opera iniuncta, quæ adimplent pro suis culpis, satisfieri, nec obstat eam applicationem pro defunctis: atque adeo, si agnoscerent, nihil à se solui pro penis debitæ, forsan id ægrè ferrent, & se deceptos putarent. Quæ omnia vitari congruum apparet. Ita Mendo.

2. Sed ego difficulter sequor Turrianum minus pronum ad censurandas opiniones, ideo quicquid sit de probabilitate huius sententiæ, ego pluries contra-

riam docui, & nunc iterum doceo, & nouissimè me citato docet Dicaillus de Sacrament. tom. 2. tract. 8. dist. 1. 4. dub. 6. num. 95. cum sequent. & querit ab aduersariis an pro penitentia peccatorum, & satisfactione Sacramentali liceat, aut expediat iniungere elemosynam dandam pauperi indigenti quando penitens talis est, vt possit elemosynam facere? aut liceat iniungere, vt carcerem vitum probum, ac sanctum, qui in carcere detinetur in summa angustia, impeditus, ne interim transeat ad iucundissimam vitam sibi suis meritis debitam, soluto lytro redimat, & liberet? Nemo proculdubio negabit illud esse opus dignum, quod iniungatur, & assumatur pro satisfactione Sacramenti. Atqui suffragium oblatum pro anima indigenti, quæ in Purgatorio captiua detinetur, &c. elemosyna est collata indigenti, & lytrum est, quod datur. vt & carcerem liberetur, & transeat ad vitam iucundissimam patriæ Cœlestis sibi debita, ergo, nisi aliquid speciale obstat, opus illud misericordiae tale est, vt merito possit iniungi penitenti, & assumi ab illo in satisfactionem suorum peccatorum. Vnde mihi placeat quod docet Catechismus Romanus in fine de satisfactione, imponendam scilicet esse orationem pro defunctis, in qua includitur elemosyna acceptissima, & ipsi defuncti sic liberati orabunt pro penitente. Quapropter, si nihil obstat, non video cur tanto zelo aliqui conentur exturbare hanc sententiam, & obloquantur contra eos, qui eam ad praxim reducunt.

3. Dicendum igitur quod non obstante quod Sacramenta ex se, & ex institutione sua instituta sint, vt profint suscipientibus, non verò aliis, & quod Confessarius tantum habeat ius in ordine ad salutem animæ confitentis; potest mandare, vt faciat aliquid quod profint non tantum animæ ipsius confitentis; sed quod etiam profint corpori pauperis, scilicet largiri ei elemosynam corporalem, quia corporalis elemosynæ largitio prodest etiam animæ penitentis conferentis illam ad meritum, & satisfactionem, & ad hoc mandandum ius habet Confessarius; quia est actio seruans ad salutem, & satisfactionem pro peccatis confitentis; ergo etiam non obstante quod Sacramenta ex se ordinantur, vt profint suscipientibus, non verò, vt profint aliis, & quod Confessarius tantum habeat ius in ordine ad salutem animæ confitentis, poterit mandare, vt faciat aliquid quod profint non tantum animæ ipsius confitentis, sed quod etiam profint animæ pauperis indigentis in Purgatorio, & ad hoc etiam mandandum ius habebit, & quia est actio seruans ad salutem, & satisfactionem pro peccatis confitentis. Cæteras rationes videbis apud Dicaill. *vbi supra*, qui etiam respondet ad omnia argumenta P. Bordoni, qui sententia Sancij, P. Mendo, & aliorum adhæsit.

4. Nota hic obiter me alibi obseruasse aliquos Doctores asserere excusari sapius Confessarios imponentes leues penitentias in confessionibus ratione illius claufulæ, *Passio Domini nostri &c.* Et hanc sententiam inuenio nouissimè etiam docere Andr. Mendo in *Bullam Cruciate, disputat. 23. cap. 12. numer. 125.* vbi sic ait: Itaque essentia absolutionis consistit in his verbis, *Absoluo te*, per quæ quis à censuris, & peccatis absolutus manet. Laudabile autem est, & æquum, vt communi forma; *Miserere tuus, &c. Dominus noster Iesus Christus, &c. Passio Domini nostri, &c.* Nisi forte assidue quis confiteatur, maxime si nuper confessus, iterum redeat, vt aliquid peccatum omisissum exponat, tunc enim vt praxis fert, sat est dicere; *Ego te absoluo à peccatis tuis. In nomine, &c.* Expediat tamen semper adiungere, *Passio Domini nostri, &c.* per hæc namque verba applicentur in satisfactionem omnia opera bo-

na penitentis. In quo duo sunt commoda, alterum, vt penitens plus satisfaciatur pro peccatis, medijs suis bonis operibus, quam aliàs esset satisfactorius, si ea opera loco etiam penitentia Sacramentalis ex intentione Confessarij apponantur; alterum posse minui penitentiam, quæ apponitur, vel saltem Confessarium non debere scrupulis pungi, vtrum sufficientem imposuerit satisfactionem, necne? Ita ille. Sed circa præsentem questionem vide Dicaillum *vbi infra dub. 3. per totam.*

5. Nota secundò, me alibi probabiliter cum multis alijs docuisse, penitentem posse commutare penitentiam impostam à Confessario in melius; Et ita etiam docet nouissimè Ioannes Caramuel in *Theol. Fundamentali fundament. 66. n. 1293.*

6. Nota tertio, quod mihi displicet id quod asserit Ochaguita de Sacrament. tractat. vltim. de Penitentia, quæst. 8. tunc dilationem penitentia gravis esse nimiam, quando differitur post tertium diem ab imposta penitentia; mitius tamen Hurtado, & alij putant eam solam dilationem non esse nimiam; imò nec vltra octauum diem; maxime quando præstanda non facit executioni mandatur, vt si flagella, seu disciplina imponatur ei, qui domi suæ vix habet locum clam cæteris, vt id possit facere, debetque res disponere, vt tandem alibi fieri possit. Addunt tamen limitationem, nisi quando res in penitentiam iniuncta, esset valde grauis, & posset commode impleri; merito tamen id totum tandem relinquunt iudicio prudentum, nec enim ex sola grauitate, quidquid illi dicant, sit, vt dilatio minor esse debeat, quin potius voluntas Confessarij non præscriptis temporis sæpè censi potest non adeo strictè rem grauem præcipere, vt quo grauior sit cæteris paribus, censeatur minore dilatione indulgere. Sed ego alibi si non fuerit præfixum tempus à Confessario, obseruauit, Fagundez docere penitentem posse differre penitentiam vsque ad annum; sed nouissimè non approbat hanc sententiam Dicaillus de Sacrament. tom. 2. tract. 8. dist. 14. dub. 4. n. 65. Verum illam sequitur Antonius Elcobar, & alij à me alibi adducti.

Alibi infra in Ref. 28. & in alijs eius primæ not.

Sup. hoc infra in Ref. 46 & in alijs eius primæ annot.

Alibi infra in Ref. 44 §. Sed ego, & in alijs eius an. not.

RESOL. XIX.

An Confessarius possit imponere penitentiam, vt si quis committeret tale peccatum, soluat statim elemosynam pauperibus, vel confiteatur, aut communiceat Dominica sequenti, &c. Ex part. 1. o. tract. 13. & Miscell. 3. Resol. 48.

§. 1. Prima opinio negat. Ita Sanchez in *Summa, tom. 1. lib. 3. cap. 5. num. 16. & 17.* vbi ait: Deducitur quando neganda sit absolutio affectus prædicta iurandi consuetudine. Quod tantum contingit, quando ea est iuxta dicta, mortalis, nec est firmum eius corrigendæ propositum; sicut contingit in alijs peccatis mortalibus. Quod multò fortius est in hac consuetudine obseruandum, eo quod quasi in alteram naturam transeat, & consistat in peccato oris, quod facilius committitur, & difficilius euellitur. At existenti eo proposito non est deneganda absolutio, & circa illud est habenda fides ipsi penitenti, sicut in alijs, quæ pro se, & contra se dicit. Tenetur quoque vt absolutionis capax sit, externas occasiones quæ morale ac proximam illius consuetudinis iurandi periculum illi afferunt, euitare, si id absque magno incommodo possit. Sicut de alijs proximis peccandi occasionibus tradunt Doctores communiter. \* Quod si sæpè proposuit emendam, nec id fecit, dubium est an teneatur penitens ad aliquam penam, vel remedium acceptanda iudicio Confessoris, qualia sunt

Sup. doctrina huius textus latè supra in tr. 4. Ref. 26. à principio, in Refol. 27. etiam à principio, & in Ref. 38. à §. Sed difficultas, & infra in tr. 7. Ref. 125 à lin. 5. & in fine §. Vnde, & §. vlt.

\* Sup hoc in Refol. 1. not. præteritæ §. Quoad secundum, & in Refol. 2. §. Notandum est, & supra in Ref. 3 §. vlt.

frequentius fateri, aliquam breuem orationem recitare, aliquam elemosinam largiri, pro singulis iuramentis temerariis, aut alia huiusmodi. Sotus de *Iuramentorum abusu*, c. 12. absolute, & indistincte ait non teneri in rigore penam aliquam acceptare, si in ea temeraria iuramenta reincident, quauis id consilium saluberrimum sit. Quia aliis peccatis id imponi nequit, nec iure aliquo probatur id speciale esse in hac consuetudine. Ita Sanchez.

2. Secunda opinio affirmat. Ita Suarez de *Religione*, tom. 2. lib. 3. de *Iuram.* cap. 8. num. 7. sic asserens: Deinde si sapius proposuit emendari, & non fecit, adhibenda sunt remedia conuenientia quæ ipse tenebitur acceptare iudicio Confessoris, qualia sunt frequentius confiteri, aliquam elemosinam, vel orationem breuem facere pro singulis iuramentis temerè prolatis, vel similia. Denique si hæc non sufficerent, interdum erit uile differe absolutionem per aliquot dies, in quibus cogatur attentius vigilare, & contrariam consuetudinem aliquo modo inchoare. Hæc Suarez.

3. Tertia opinio firmat Confessarium non debere tales penitentias imponere: sed si penitens acceptet, debere illam adimplere. Ita Martinus de San Ioseph in *Moni. Confess.* tom. 1. lib. 1. tract. 27. de *Penitentia* n. 12. ubi sic ait: *No hazen bien los Confesores, que quando sus penitentes tienen costumbre de cometer algun pecado, v.g. de preiurar se, ò de poluciones, les imponen penitencias, de que cada vez que boluieren al pecado, den tanto de limosna, ò ayunen, &c. porque el Confesor no es juez, ni Medico de los pecados, que estan por cometer: ni estara obligado el penitente à complir estas penitencias como ponga otros medios para salir de los pecados. Mi parecer, es que no es buen consejo imponer estas penitencias; pudiendose remediar por otra via el penitente: pero despues de impuestas, y acatadas aura obligacion de complirlas. La razon es, que el Confesor es Medico, y como tal puede aplicar remedios con que dexa firme la salud, y aun esta obligado en ello.* Ita ille.

4. Sed ut verum fatear absolute mihi placet opinio Suarez affirmatiua; posse videlicet Confessarium tales penitentias imponere; & ita nouissimè docet Baucius in *Miscellan.* tom. 2. *Opusc.* 1. q. 180. charitas exposcit, ut Confessarius non solum euitet peccata presentia media absolutione; sed etiam peccata futura medio remedio preseruatuo: nam Confessarius non solum est Iudex, sed etiam est Medicus spiritualis Animarum; & Medicus sicut applicat Medicamenta corporalia infirmo, ac conualescenti, ne incidat in eandem aggritudinem; ita Medicus spiritualis, qui est Confessarius, debet applicare remedia, ne penitens in idem peccatum læpius à se commissum sine emendatione labatur. Hanc etiam sententiam præter Suarez, & Baucium, tenet etiam doctus Pater Leandrus de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 9. q. 30. qui ex Frias, & Gersone Cancellario Parisiensi firmat posse Confessarium aliquando dare penitentiam de non peccando tali, vel tali crimine, per certum tempus futurum, sub pena aliqua, vel pecuniaria, vel corporali efficaciter soluenda, aut sub debito redeundi ad Confessionem, infra biduum, post perpetrationem delicti. Ita ille & ita sapius obseruatur in praxi à piis & doctis Confessariis: non grauabor hic apponere verba Magistri Texeda tom. 2. lib. 3. tr. 2. contr. 5. n. 214. ubi sic ait: *Difficultas est an penitens, qui sæpe proposuit emendam, & tamen nunquam emendatus est, teneatur acceptare aliquam penam, vel remedium à Confessario impostum, v.g. crebram confessionem, aliquam elemosinam elargiendam pro singulis iuramentis, aut talem orationem recitandam,*

Sup. hoc in  
Resolutionibus  
anon.  
secundæ  
huius Ref.

&c. & in propriis terminis Sanchez, tom. 1. lib. 3. c. 1. num. 17. affirmat, affectum prædicta iurandi consuetudine non teneri in rigore penam aliquam acceptare, etiam si in eam temerariam iuramenti consuetudinem reincident, & reddit rationem, quia in aliis peccatis id imponi nequit, nec iure aliquo probatur id speciale esse in hac consuetudine. Ceterum non video qua ratione is auctor ausus sit id asserere & prædictam doctrinam typis mandare, quia quilibet peccator tenetur iure diuino penitentiam agere de suis peccatis, atque ad eodem iure tenetur auferre impedimentum, quo possit saluterum remedium, & medicinam conuenientem querere, quibus possit illis obviare, ut ex statu infelicissimo culpe, transeat ad statum felicissimum gratiæ, & amicitie Dei: sed ista remedia, quæ Confessor iudicauerit attempta penitentis consuetudine, & eius inclinatione, & viuendi modo, sunt reuera ad id opus magis apta, & conuenientiora; ergo tenetur illa acceptare. Secundo, quia infirmus tenetur iure naturali uti medicamentis à perito Medico sibi applicatis propter conseruandam vitam, præcipue quando extreme indiget; ergo peccator tenetur uti remediis applicatis à Medico salutis, cum sit in extrema necessitate propter acquirendam vitam æternam: Ostendit consequentiam, quia eadem prorsus est vtriusque ratio, alias ageret contra charitatem, qua tenetur seipsum diligere, quod est mortale contra præceptum diuinum: Huc uique Texeda, poterat tamen cum viro doctissimo magis blandè se habere.

5. Et sciat Lector opinionem Sanchez acriter sustinere inclutum Theologum Stephanum Fagundez in *Decal.* tom. 1. præcept. 2. lib. 2. c. 8. n. 21. cuius verba hæc sunt: *Dubitant aliqui Doctores, an teneatur penitens in Confessione acceptare aliquam penam, vel afflictionem veluti remedium impostum ad tollendam prauam consuetudinem iurandi, aut blasphemandi, qua laborat. Affirmat Suarez, lib. 3. de Iuramento, cap. 8. num. 7. nullam tamen rationem pro se affert, nullum fundamentum; illius tamen fundamentum esse potest, quia vnusquisque tenetur ex iure diuino, & naturali procurare remedium, ne amicitiam cum Deo amittat, & consequenter illud acceptare cum à Medico spirituali offertur. Negant melius Sotus, de Iuram. abusu, c. 12. & Sanchez tom. 2. Decalogi, lib. 3. cap. 5. num. 17. Primo, quia pro praua consuetudine in aliis peccatis hæc pena imponi nequit, ita ut illius acceptatio obliget sub mortali; nec ratio, quæ affertur pro Suarez, aliquid conuincit, quia aliqui sequeretur teneri eos, qui hac praua consuetudine laborant, simile remedium sub mortali acceptare, non solum à Confessariis, sed etiam ab aliis viris prudentibus impostum aut oblatum; & nouum admitterent peccatum, nisi illud acceptent. Sufficit ergo quod iure diuino teneantur ipsi gratiam cum Deo conseruare, non tamen opus est, ut illos obligemus sub mortali ad acceptandum remedium, ac remedium à nobis oblatum, ut gratiam Dei conseruent. Ita Fagundez. Non debet igitur Texeda contra Sanchez tam rigide insurgere, cum eius opinio sit probabilis: licet ego, ut dixi, sententia Patris Suarez, & Texeda adhaream.*

## RESOL. XX.

*Si quis habuit penitentiam dicendis singulis sextis Feriis Litanias, quaestum est, an teneatur ad preces & orationes subsequentes, vel an teneatur adire Confessarium, ut se magis explicet? Idem dicendum est, si quis uouit recitare Litanias, vel si aliud votum fuisset cõmutatum in recitandis, ubi*



verbi gratia, singulis septimanis Litanis. Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 46.

§. 1. Olim interrogatus fui de hoc casu, & respondi, non fuisse adendum Confessarium: quia verba accipienda sunt in significacione visitationi, & sub nomine Litaniarum non includuntur Preces, & Orationes subseqentes. Vnde idem dicendum est, si quis votum emisisset recitandi Litanias, vel aliquid votum fuisset commutatum in recitandis, v.g. singulis septimanis Litanis. Nunc verò inuenio, omnia supradicta confirmare Patrem Bordonum in consil. Regul. tom. 2. ref. 45. n. 30. vbi sic ait: [Nominem Litaniarum, quod est secundum probandum, veniunt non solum invocaciones Sanctorum, verum etiam subseqentes liberationes, & rogaciones usque ad Orationem Dominicam, & non vteriores Preces, vt colligitur ex Rubrica Breviarij pro diebus Rogationum, quae habet haec verba: Hodie qui non interfunt Processioni Litaniarum, dicant illas privatim post Matutinum cum suis Precibus, & Orationibus, sine Psalmis Penitentibus. Si enim sub nomine hoc Litaniarum comprehenderentur subseqentes Preces, & Orationes, has expressisset frustra: cum ergo ex illorum expresseione constet diversitas; obligatus ad Litanias recitandas non tenetur progredi ad Preces, & Orationes; sed eas absoluit Oratione Dominica.] Ita ille.

RESOL. XXI.

An qui habet poenitentiam à Confessario per annum singulis diebus, & recitare Coronam B. Virginis, vel Litanias, satisfaciatur, si recitet simul intra paucos dies?

Et an si poenitentia sit, v. g. iniuncta de ieiunando diebus Veneris, vel Sabbathi vnus mensis, vel anni, si per impotentiam illis diebus non possit ieiunare, teneatur alio die ieiunare?

Et an qui habuit poenitentiam cum circumstantia eam adimplendi flexis genibus coram imagine tali, peccet mortaliter aliter faciendo? Ex part. 10. tract. 3. §. & Misc. 5. Refol. 1. 2.

ieiunare, licet Cardinalis Lugo de poenitent. dispensatione 25. num. 88. putet teneri, quia in hoc casu non respicit Confessarius principaliter diem, vel tempus, & ita qui in aliquo dierum illius temporis non ieiunat, tenetur in alio die postea ieiunare. Vtraque opinio est probabilis.

3. Nota hic obiter cum Quintanadueña de Inbileo duabus hebdomadis, c. 6. n. 11. [ann quando se da la poenitencia con estas circunstancias que sea de rodillas de ante de tal imagen no es necessario se hagan de baxo de mortal.] Sed de hoc ego alibi.

Alibi infra in Ref. 54 & in aliis §§. eius not.

RESOL. XXII.

An Confessarius, qui culpabiliter non obligauit poenitentem ad restitutionem, peccet, & teneatur ipse restituere? Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. Ref. 1.

§. 1. D Idacus Nugnus in addit. ad 3. part. tom. 2. par. 8. artic. 4. dub. 6. fol. mibi 275. & Zarnard. in direct. Confess. part. 2. par. 7. cap. 26. dub. 3. docent sententiam affirmatiuam, sic etiam docet Gabriel in 4. distincti. 15. quæst. 2. artic. 3. Syluester. ver. vjura 7. quæst. 2. præter alios neotericos, quos citat Bonacina vbi infra. Et ratio est, quia tam Parochus, quam alius Confessarius (nam gerit vices Parochi) tenetur ex officio docere poenitentem necessaria. Ergo, cum nõ admonet poenitentem restituere, non adimplet id quod debet. Ergo, ait Nugnus, tenetur ipse ad restitutionem, quia non admonendo virtualiter dicit illum non teneri, atque adeo est causa moralis, vt poenitens non restituat, & consequenter est causa damni alterius tertij, & ideo si non est aliud remedium, ipse tenebitur ad restitutionem, quia verè intulit damnum contra iustitiam, tacendo; quando loqui tenebatur.

2. Verum contraria sententia semper visa est mihi probabilior, & sæpius illam in praxi sequutus sum. Dico igitur non solum Confessarios, sed Prælatos & Parochos, quando ex ignorantia etiam vincibili non obligant poenitentem ad restituendum, ad nullam restitutionem teneri: nam officium, quod Confessario ex iustitia incumbit, solum est in ordine ad spiritualia, & negligens in officio, contra religionem peccat potius, quam contra iustitiam. Et ita amplexi sunt hanc sententiam nouissime Martinus Bonac. de rest. disp. 1. q. 2. punct. 1. n. 13. & præter DD quos ipse citat, tenent etiam hanc opinionem Filliuc. in 99. moral. tom. 1. tract. 7. c. 2. n. 374. Malderus in 2. 2. tract. 5. c. 3. dub. 24. Bartholomæus à S. Faustino in speculo Confessar. disp. 4. q. 1. 2. n. 7. & 8. Egidius de Coninch. de Sacra. disp. 8. dub. 16. num. 144. & Rebellius de oblig. in 1. p. 2. lib. 17. q. vlt. n. 12. & p. 1. lib. 2. q. 14. sect. 8. n. 65. Hæc sententia limitanda est, modò Confessarius non dicat poenitenti obligato restituere, vt non restituat, vel faciat restituere cum non teneatur. Ita Suárez in 3. p. tom. 4. disp. 3. 2. sect. 6. Rebellius, & alij.

3. Ad argumentum Nugni, patet ex dictis responsio. Nam Confessarius non tenetur ex officio temporalibus creditorum bonis prospicere, cum ab illis mercedem non accipiat, nec eorum gratia officium habeat, sed solum ad procurandum bonum poenitentis. Vnde quamuis ipsi quidem poenitenti teneatur Confessarius ex officio iniungere restitutionem, non tamen ad hoc tenetur obligatione iustitiae, quam habet erga creditorem, sed ex obligatione erga poenitentem, qua tenetur salutem spirituali eius consulere: quare si id negligat peccabit quidem, sed non tenebitur ad restitutionem.

RESOL.

TON  
ORA  
IOM  
III

Sup. hoc supra in tr. 4. ex lara doctrina Ref. 1. cursum in principio, & ad medium §. 1. ver. aut non obligabit & prope finem §. Sed hæc. à ver. cum non teneri, & in to. 8. tr. 7. ex doctrina Ref. 34. §. 2. inter mediū & finem, ver. nec Confessarius. & quamuis pro casu excommunicacionis legis tamen in to. 4. tr. 3. Ref. 57. prope finem, à ver. Adde.

2. Nota etiam hic obiter dictum Patrem Leandrum vbi supra, quæst. 78. docere quod si poenitentia sit iniuncta, verbi gratia de ieiunando diebus Veneris, vel Sabbathi vnus mensis, vel anni, si per impotentiam illis diebus non possit ieiunare; non teneri alio die ieiunare, quia è contra existimo, quod communiter Confessarij respiciant tempus, ac præfigant diem, & fortè in memoriâ Passionis Christi Domini, & eius Virginis Matris, elapso illo die, non tenebitur poenitens, cum sit onus eius, in alio

## RESOL. XXIII.

An idem Confessarius possit extra confessionem penitentiam à se impostam, commutare? Ex part. 6. tr. 6. & Miscell. 1. Refol. 46.

Sup. hoc inf. in Ref. 25 §. Sed contraria. ref. L. mita. & in Ref. 26 §. vit. & lege doctrinam §. 1. Ref. hanc dequentis, & aliorum, §. 5. & vers. eius primæ not. Sup. hoc inf. in Ref. 25 §. Sed pro. & §. Sed contraria. & in aliis eorū annot. Sup. hanc duo sequentia in hoc §. Pro verbo sine causa in Ref. not. præter. in §. Sed contraria. prope eius finē. Et pro verbo infra hebdomadam in dicto §. ad medium. & inf. in Ref. 24 §. 1.

§. 1. **C**asus est frequentissimus; & ad illum sic respondet Ioannes Præpositus in 3. part. 9. 12. de satisfactione, dub. 9. n. 117. Confessarius extra Sacramentum non potest actum iudiciale exercere; idem tamen potest mutare moraliter censetur in eodem actu iudicij perseverare, ut si penitens petat paulo post absolutionem suam penitentiam mutari. Sic ille.

2: Sed magis ample loquitur Cælestinus in compend. Theolog. Moral. trati. 1. c. 24. n. 7. quando alius (ait) Confessarius poenalem mutat penitentiam à priore Sacerdote impostam, id debet facere in Confessione Sacramentali, & non extra: si verò hæc eadem commutatio fiat ab eodem Confessario, qui eam imposuit, potest facere commutationem extra Sacramentum etiam sine causa, modò penitens ad illum redeat ad summum infra hebdomadam. Sic Cælestinus, cui adde alios, quos ego citavi in 3. part. tract. 4. resol. 53.

3. Sed non desinam hîc in gratiam curiosorum adnotare, quòd nouissimè post me ipsum citatum, & alios, quos, ubi supra, adduxi, Pater Ioannes de Lugo de Sacrament. Poenitent. dist. 2 §. sect. 6. n. 112. docet ampliorem & benigniorem sententiam circa præsentem questionem. Sic itaque asserit: Ego in primis existimo non posse eundem Confessarium mutare penitentiam, nisi actu recordetur peccatorum, pro quibus illam imposuit, saltem aliqua memoria confusa: qualis sufficit ad imponendam satisfactionem: nam est ille actus iurisdictionis, qui fit à iudice, ut iudex est, ergo debet procedere cum notitia causæ. Deinde existimo non requiri novam Confessionem, sed quòd actio referatur ad Confessionem & absolutionem præteritam, & cum illa componat vnum integrum iudicium: certum enim est in hoc Sacramento partes tempore distantes posse vniri moraliter ad integrandum vnum Sacramentum: nam absolutio hodierna potest vniri cum confessione facta ante octo dies: ergo similiter additio, vel limitatio sententiæ poterit vniri cum confessione & sententiæ præterita. Denique addo me non inuenisse sufficientem rationem, cur additio, vel limitatio illa post longum tempus facta non possit vniri moraliter sufficienter cum præcedentibus partibus ad faciendum vnum integrum iudicium, nam ipsa satisfactio impleta post longum tempus integrat vnum iudicium cum Confessione, opus esse ipsum quoad satisfactio non est posita, adhuc intelligitur iudicium illud incompletum & quasi suspensum; & adhuc iudex habet ius ad vigendum pro executione sententiæ: ergo adhuc poterit ex consensu penitentis mutare, vel diminuire primam sententiam, ut melius possit executioni demandari. Hucusque Lugo. Qui, ut vides, docet posse eundem Confessarium mutare penitentiam post quodlibet tempus, & tunc pertinere ad idem Sacramentum.

## RESOL. XXIV.

An post vnam hebdomadam possit idem Confessarius commutare penitentiam, nullo denuo Sacramento ministrato?

Et docetur ad commutationem penitentia faciendam ab alio Confessario, opus esse ipsum penitentem agnoscere, & iudicare peccata illius saltem præcipua, ob qua penitentia, siue satisfactio ab alio imposta fuit.

Sed aduertitur, quòd penitens non tenetur aperire Sacerdoti illi posteriori peccata, ob qua penitentia prior est imposta; ita ut iste secundus Confessarius possit etiam commutare penitentiam extra confessionem.

Et quid maxime, si penitentia est medicinalis? Queritur etiam, quando teneatur penitens satisfactio nem sibi in Sacramento impostam adimplere?

Et explanatur quid faciendum esset, quando penitens, vel Confessarius à confessionali recessit, & oblitus est penitentiam impostam; aut forte Confessarius ex obliuione oblitus est penitentiam imponere?

Et notatur, quòd si singulis mensibus obligatus sit communicare, non peccabis moraliter, si sex, vel octo dies Communionem distuleris.

Et quòd obligatus ieiunare Feria sexta, si omittat ieiunium eo die intentione transferendi illud in sequentem diem, non excedere culpam venialem.

Et tandem docetur, quòd si penitens probabiliter indicat, vel arbitrat se penitentiam post aliquod tempus implere non posse, tenetur, cum primum possit, illam adimplere, in vero hoc non dubitet, potest illam per annum differre. Ex part. 9. tract. 6. & Miscell. 1. Refol. 56. alias 57.

§. 1. **N**egatiuè respondet Castrus Palauus tom. 4. tr. 23. disp. unica, punct. 21 §. vlt. n. 14. Nam (ait ipse) si demus à peccatis absolutum, penitentiamque susceptam, à præsentia Confessoris dilectissimè, iudicium illud omnino finitum est: nihil enim tali iudicio deficit. Ergo nequit Confessarius postmodum penitentiam inunctam mutare nulla denuò Confessione facta, sicuti non potest novam absolutionem concedere. Nam ea noua penitentia impositio ad præcedentem Confessionem pertinere non potest: quippe ea Confessio absque relaxatione ad hanc nouam penitentiam completa fuit, non solum essentialiter, sed etiam integraliter. Requiritur ergo ad penitentiam commutationem, quòd intra eandem Confessionem fiat, quia tunc non mutatur, sed primò imponitur; vel in finita Confessione, absolutione suscepta, & penitentia perfecte inuncta mutanda est penitentia, demum Confessio faciendâ est, & absolutio concedenda, tametsi intra horam hæc mutatio contingat.

2. Sed ego non discedo à sententiâ affirmatiua, quam docui, & me citato, docet Pater Aueria de Sacram. Poenit. q. 1 §. sect. 8.

3. Nota etiam hîc obiter, supradictum P. Palauum ubi supra num. 13. docere, ad commutationem penitentia faciendam ab alio Confessario, opus esse ipsum agnoscere, & iudicare peccata, saltem præcipua, ob qua imposta ab alio fuit. Ratio est: quia eatenus mutare penitentiam potes ab alio Confessore inunctam, quatenus potes eandem causam iudicare. At si peccata, ob qua fuit penitentia imposta, tibi non manifestentur, nequis illa iudicare. Ergo nequis peccatis incognitis penitentiam mutare. Præterea inconsculte penitentiam subrogares, nesciens peccata, in quorum vindictam si broganda est. Et ex his soluitur ratio oppositæ sententiæ. Non enim sufficit, quòd obligationem penitentis agnoscas; sed opus est, ut cognoscas, & iudices causam illius obligationis: quia nequis penitentiam sacramentalem novam constituere eidem peccatis, nisi ea peccata sacramentaliter iudices: quod præstare non potes absque illorum cognitione, & penitentis confessione. Quando idem est Confessarius, ad quem ob penitentia mutationem accedis,

De Satisfact. Sacramentali. Ref. XXIV. &c. 323

accedis, & memoria retinet peccata, ob quae imposita fuit; sed est unico verbo ea omnia subicere, dicens, te demum accusare de peccatis prius confessis, & Confessario praecedenti Confessione manifestatis.

4. Sed, cum sit casus satis practica bilis, quia quotidianus; ego contrarium teneo; & hoc, praeter alios nouissimè tenet Marchant in Tribun. Sacr. to. 1. tr. 4. tit. 7. q. 6. ubi sic ait: Petes an teneatur penitens aperire Sacerdoti illi posteriori peccata, ob quae penitentia, siue satisfactio prior est imposita? Affirmant nonnulli, maxime si penitentia medicinalis sit, & praeseruatua à peccatis. Respondeo ego, non teneri: sufficit enim penitenti allegare rationes, cur hæc penitentia sibi sit nimis grauis, aut importuna; & quare illius commutationem, vel dispensationem postulet.

5. Ratio est: quia in hac commutatione, vel dispensatione non agitur de peccato, ob quod imposita est penitentia, vel de iustitia, qua imposita est, sed de infirmitate, difficultate, vel minori importunitate, ac interdum impossibilitate penitentis ad illam adimplendam, ob quam iuste commutari potest. Quinimò ad prudentiam Confessarij spectat, ut quando aduertit, penitentem multis penitentibus implicatam, quas tantum abest, ut adimpleat, quin penitentiam penitentis augeat, nec persoluat, etiam si se bonae voluntatis affirmet: ad prudentiam (inquam) spectat, etiam non postulantem liberare à tantis vinculis, quibus imprudenter se aggrauauit, & quorum ratione in pericula multarum transgressionum se contiecit.

6. Dices primo: Qui penitentiam in sacramentali Confessione primo imponit, debet qualitatem delicti cognoscere, & considerare: ergo etiam ille, qui primam penitentiam commutat, vel dispensat. Respondeo, negando consequentiam. Commutatio enim, vel dispensatio principaliter non respicit peccatum sed penitentis facultatem: siue eius, ad implendum opus iniunctum, potentiam, vel impotentiam; hæc est enim sola ratio commutationis, vel dispensationis. Adde, in commutatione tantum spectari debere proportionem, quae potest esse inter penitentiam primo iniunctam, & illam, in quam fit commutatio; non autem proportionem inter peccata propter quae est imposita penitentia; quia illa iam transferuntur in rem iudicatam; & supponitur Confessarius primus peccatorum qualitatem sufficienter examinasse: unde hic debet haberi sola ratio causae, cur commutanda sit, quae (ut dixi) non tam peccatum respicit, quam potentiam, vel impotentiam penitentis in satisfaciendo. Similiter in dispensatione solum attenditur, aut totalis impotentia penitentis ad soluendum, aut consideratur, quod aliis modis penitentiam iniunctam aequauerit, vel adaequet. Quod autem aliqui scrupulizent in eo, quod penitentia prior esset data, non tantum in satisfactionem, sed etiam in medicinam, & praeseruationem. Respondendum est, rationem medicinae praeseruatuae per accidens satisfactionem afficere, & ex eo capite magis esse consilij, quam praeccepti, & à Confessario, quia Medicus est: non quia Iudex, procedere. Quinimò, cum illud opus satisfactorium redditum sit penitenti, aut nimis graue, & periculosum, ratione siue infirmitatis, & fragilitatis, aut forte etiam impossibilis; ratio remedij, vel praeseruationis, quae operi inerat, eo ipso cessare censetur. De quo non debet inquirere secundus Confessarius, nisi consulatur: cum plura possint occurrere alia remedia penitenti absque eo, quod obligatione ad repetenda, & alteri manifestanda peccata semel rite confessà, & absoluta, oneretur, quae est grauissima obligatio, & onus importabile. Huc uelque Marchant, cui ego in omnibus adhaereo. Qui etiam ibidem petens, quando penitentia sit adimplenda, sic ait: Quærent secundò, quando teneatur penitens satisfactionem sibi in Sa-

cramento impositam, adimplere? Sed clara responsio est: si enim Confessarius tempus certum determinauit, illo tempore est adimplenda: sin minus, iudicio prudentis relinquitur, & vix in dilatione peccati cõtingit, nisi grauis negligentia deprehendatur, & tunc peccatum tantum veniale ordinariè committitur. Ita ille.

7. Nota etiam cum eodem Marchant, tr. 6. tit. 3. q. 3. concl. 1. quod ut satisfactio cõseatur imponi in Confessione, non est necesse, ut quis in loco iudicij, siue confessionali sedeat, tanquam confessione auditurus, sed sufficere, ut actus sint sacramentales: nimirum, ut Confessarius, tanquam Confessarius, penitentem sua peccata proponentem sacramentaliter audiat; & ut penitens sua peccata sacramentaliter proponat Confessarij iudicio, sacramentaliter resoluenda. Explico: Penitens, ubi Confessarius à confessionali recessit, oblitus est penitentiae impositae, aut forte Confessarius ex obliuione oblitus est imponere. Accedit penitens, ut Confessarium super penitentia, vel non imposita, vel oblita conueniat; non est necesse, ut Confessarius ad confessionale reuertatur, aut alia caremonia utatur, ut sedendo, &c. ad hoc, ut cum iam recessit à confessionali, iudicet penitentem penitentiam impositam aut immutet, sed sufficit, ut penitens inuuet, se habere aliquid pertinens ad Confessionem, & Confessarius, ut actum sacramentalem suspiciat, & resolutionem velut in Sacramento donet. Ratio est: quia istae caremoniae non sunt de essentia, vel substantia huius Tribunalis; & alias ad vitandam aliquam verecundiam breuiter per actum sacramentalem potest Confessarius supplere, quod obliuione omisissum est in Confessione primaria, siue fuerit ex sua parte, siue ex parte penitentis. Ita ille, quae omnia satis firmat authoritas Patris Leandri de Sac. to. 1. tr. 5. disp. 9. q. 101. asseretis, posse etiam secundum Confessarium commutare penitentiam extra Confessionem; licet contrarium magis probabiliter cum multis aliis alibi docuerim, ut idem Leander aduertit.

8. Nota etiam cum Castro Palao ubi sup §. nu. 13. quod si singulis mensibus obligatus sis communicare, non peccabis mortaliter, si sex, vel octo dies Communionem distuleris, praecipue si aliqua, etsi leuis, occasio huius dilationis se obtulerit. Deinde addit, obligatus ieiunare, v.g. feria sexta, si omittat ieiunium eodice, intentione transferendi in sequentem, non excedere culpam venialem, ob materia leuitatem.

9. Et tandem non desinam hic adnotare, Amicum in Curs. Theolog. tom. 8. disp. 16. sect. 5. dub. 2. num. 58. docere, quod si penitens probabiliter dubitat, se penitentiam post aliquod tempus adimplere non posse, tenetur, cum primum commodè potest, illam adimplere, ne Sacramentum relinquat imperfectum. Si verò non dubitat, potest illam per annum differre: nam tandiu potest illam differre, quandiu non tenetur per nouam Confessionem ad nouum Sacramentum penitentiae accedere. Ita ille, me citato: & me etiam citato, Leander de Sac. to. 1. tr. 5. disp. 9. q. 89. qui asserit, plures Theologos Salmanticenses docuisse, penitentiam sacramentalem posse per annum differri. Et omnia in hac resolutione obseruata sedulo notet Confessarij: quia saepius in praxi solent accedere, & in alijs Doctoribus non ita facillè inuenient.

RESOL. XXV.

Verum unus Confessarius possit impositam penitentiam ab alio commutare?

Et an Confessarius possit commutare penitentiam, non audita confessione eorumdem peccatorum?

Et an secundus Confessarius, qui non habet potestatem absoluendi à peccatis reseruatis, super quibus penitentia imposita est, possit, hoc non obstante, penitentiam illam commutare?

Et an dicta commutatio facienda sit in sacramentali confessione, vel extra?

Sup. hoc in Ref. seq lege doctrinam §. Sed pro corronide, & Ref. & §. eius annos.

Alibi in Ref. not. praeritae.

Sup. hoc infra in Ref. 42. & 46. & in alijs eorum not. Quamuis non plene supra hoc lege tamen infra, ex Ref. 41. §. 1. in fine, vers. Ex his inferatur.

\* Sup. hoc in Ref. seq. §. v1. in fine, & infra in Ref. 44. & in Ref. 45. signaret §. 2. in Ref. 46. §. Non desinam, & supra in fine Refol. 18.

Et an si intra unum, vel alterum diem triduum, vel hebdomadam redeat penitens, possit extra confessionem ab eodem Confessario commutari penitentia? Et verum, si penitentia sit tantum medicinalis, possit a quolibet Confessario extra confessionem commutari, suspendi, & super ea dispensari? Et an praedicta commutatio possit ab eodem Confessario fieri sine causa? Et quid ab alio Sacerdote? Et an penitens auctoritate propria possit commutare penitentiam a Confessario impositam in opus cuiusdem melius? Et an possit penitens penitentiam impositam per annum differre? Ex part. 2. tract. 15. & Miscell. 1. Ref. 53.

Sup hoc cur- sistime cum Villalobos in to. 4. tr. 6. Ref. 7. in tribus ultimis eius lineis.

§. 1. Negantem sententiam amplexus est Nugnus in 3. part. tom. 2. quaest. 13. dub. 4. Valquez in 3. p. ubi infr. num. 8. Ledesma in sum. 1. tra. de penit. c. 23. concl. 8. dub. 2. Sor. in 4. disp. 20. q. 2. art. 3. & alij, eo quod par in parem non habeat imperium, vt habetur c. in illo a quo, & tempestinum ff. ad Trebell. & quia ad retractandam, seu reuocandam sententiam vnus iudicis, adiri debet superior per viam appellationis, quia aequalis id facere nequit, ex cap. dilectus, 2. de rescriptis, cap. vt debitus honor, de appellat. l. si quis aduersus, C. de precibus Imper. offer. & aliis iuribus.

2. At his non obstantibus affirmatiuam sententiam recte docet Syluest. ver. confess. 6. num. 4. Resol. vel. confess. sac. num. 11 & omnes neoterici infra citandi. Et ratio est, quia sicut absolutio potest super eadem peccata repeti, ita iudicium, & sententia. Nec obstant in contrarium adducta, quod par in parem non habet imperium, nam secundus Sacerdos, penitentiam commutans, nullum exercet imperium in priorem, sed in penitentem, nec proprie reuocat sententiam prioris, sed suam profert, & hoc posterius iudicium non instituitur ad derogandum priori, sed ad consulendum penitenti, in cuius fauorem talis iteratio conceditur. Neque totum hoc efficitur per modum appellationis, vt putant aduersarij, sed per modum noui iudicij aequalis iudicio praecedenti, quorum iudiciorum neutrum aduersatur alteri, sed ipsum in sua integritate relinquit. His tamen ita suppositis, difficultas in praxi occurrens est, an Sacerdos possit commutare penitentiam, non audita priori confessione eorumdem peccatorum. Non posse docet Valquez ubi infr. n. 7. Suar. tom. 4. disp. 48. sect. 10. n. 8. Filiuc. tom. 1. tr. 8. cap. 2. n. 50. Pelantius in add. ad 3. p. q. 18. de satisfact. sac. disp. 2. concl. 3. Coninch. de Sac. disp. 10. dub. 12. concl. 3. n. 101. Regin. in prax. tom. 1. lib. 7. c. 8. n. 93. Fagundez de prac. pt. Eccl. tract. 2. lib. 9. cap. 4. n. 15. 17. & 22. & ex nostris Molfesius in summ. tom. 1. tr. 7. c. 23. n. 71. Megala in 1. p. lib. 6. cap. 5. quaest. 3. n. 5. qui asserit, nullo modo sustineri posse contrariam sententiam. Ratio est, quia omnis actus iudicialis debet fieri cognita causa, circa quam versatur.

Sup. hoc in Ref. praeterita, §. Nota etiam hic obiter, & inf. in Ref. 27. §. vlt. ad lin. 4. verif. De commutatione. & in Ref. 31. §. Nota hic & cursum, ad mediu, §. Et tade hanc. Et in Ref. 32. §. Qui etiam in princ. & sup. in Ref. 14. c. r. cum Boucio, in §. 1. prop. finem, a verif. Arbitror. & in to. 3. tr. 1. Ref. 44. §. Vide.

3. Sed ego existimo, supradictos Doctores in Cathedra, vel in cella hanc opinionem docuisse; sed in confessionario, contrariam sententiam practicasse: nam onus nimis magnum esset pro confessariis, & penitentibus in commutatione alicuius penitentiae praeteritas iterare confessiones. Idem existimo probabilissimam esse illam sententiam, quae docet posse confessarios, non audita priori confessione eorumdem peccatorum penitentias commutare. Et ita docet Nau. in manc. 26. n. 22. Tolet in summ. lib. 3. c. 11. n. 5. Portel. in add. ad dub. reg. ver. pen. sac. an. num. 8. Henriquez in sum. l. 15. de pen. cap. 2. n. 1. Beia p. 1.

cas. 15. Raphael de Casare in cofol. anim. dial. 8. c. 26. Victoria in c. 211. Ioan. de Cruz in direct. conf. p. 2. de pen. q. 4. dub. 4. concl. 2. in fin. Villalobos in sum. p. 1. tr. 9. amb. 79. n. 5. Emmanuel Sa ver. satisfactio, n. 5. Rodrid. in sum. to. 1. c. 56. concl. 7. n. 8. Vivaldus in candel. de satisfact. n. 31. Ioan. Valerius vir doctissimus, ubi infra, & alij, vel vt melius dicam, communis vnus confessario, cum; & hanc etiam sententiam probabilem, & practice securam vocauit Ant. Fernandez in ex. am. Theol. mor. p. 3. c. 6. §. 7. n. 20. in fine. & Syluius in add. ad 3. p. q. 8. art. 5. dub. 4. concl. 2. Ratio est, quia praesens confessor potest de tota simul causa penitentis, iuxta praesentem dispositionem iudicare, provt magis expedire iudicauerit ipsi penitenti.

3. Sed graue hic emergit dubium, an secundus confessarius, qui non habet potestatem absoluedi a peccatis reseruatis, super quibus penitentia imposita est, possit hoc non obstante, penitentiam illam commutare. Negatiue respondeat Suarez, Filiucius, Molfesius, Megala, Fagundez, & ferè omnes DD. supra citati. Sed contrariam sententiam docet Valquez in 2. p. 10. q. 9. art. 2. dub. 3. n. 9. Fernandez Societ. Iesu in instruat. confess. p. 1. docum. 7. n. 5. & Io. Valerius in differentiis vtriusque fori, ver. in iudicio, differ. 1. n. 7. Et ratio est, quia constat quod per absolutionem casuum reseruatorum, remanent illa peccata non reseruata; ergo, & consequenter non remanebit reseruatia penitentia pro eis imposita. Hac sententia est probabilis, & tuta in praxi.

4. Sed pro coronide huius disputationis, videamus an dicta commutatio faciendae sit in sacramentali confessione, vel extra. Megala, Suarez to. 4. disp. 18. sect. 4. n. 8. & alij asserunt Nauarum docuisse, confessarios posse commutare penitentiam extra sacramentum Penitentiae; sed falluntur, quia Nauarrius solummodo dicit non esse necessarium iterationem confessionis peccatorum, super quibus data fuit penitentia, quando postulat commutatio eiusdem: hoc autem non est dicere, extra confessionem sacramentalem fieri posse dictam commutationem. Bonacina de Sacra. disp. 4. q. 5. sect. 3. punct. n. 7. asserit Rodriguez, & Summam Coronam docere hanc sententiam, sed apud ipsos illam non inuenio, sed illam docet Victorinus in notis ad Emanuelem Sa ver. satisfactio, n. 5. & Valentia to. 4. disp. 7. q. 14. punct. 4. ubi sic asserit. Et notandum, vt penitentia recte commutari possit, omnino fore necesse, vt peccata, pro quibus imposita fuit, illi patefiant aliquo modo, qui est eam commutatur, quamuis non est quidem opus, vt ei manifestentur rursum per sacramentalem confessionem. Ita Valentia.

5. Sed contrariam sententiam omnino amplectendam esse iudico ex communi Doctorum sententia. Vide omnes citatos auctores. Ratio est, quia tam solutio; quam ligatio penitentis actus sunt clauium, qui necessariò requirunt Sacramentum; ergo sicut posterior confessarius non potest ligare absque Sacramento, ita neque soluere. Dicta igitur commutatio faciendae erit a confessario secundo in sacramentali confessione, & non extra. Limita tamen hanc sententiam, nisi ab eodemmet confessario penitentia commutaretur, nam si id fiat intra vnium, aut alterum diem, posse penitentiam extra Sacramentum commutare, quia in isto casu adhuc censetur idem iudicium. Ita Sotus in 4. dist. 20. q. 2. art. 3. Valerius ubi supra, ver. iudex, differ. 23. n. 5. & alij. Vnde nimis scrupulose in hoc loquitur noster Megala ubi supra asserens hoc fieri non posse, nisi intra spatium medietate horae, sed Henriq. lib. de penit. 2. 1. §. fin. cum Ledesma, & Vivaldo, & Valero ubi supra, putat id fieri posse intra triduum, aut hebdomadam, si redeat penitens. Sed notandum est, quod si penitentia sit tantum medicinalis, potest vtique tunc omnis confessarius

Confessarius extra confessionem sacramentalem, dictam penitentiam commutare, suspendere, atque super ea dispensare, & hoc sapè practicaui, ait Valerius ubi supra, qui etiam putat eundem confessarium posse commutare penitentiam sine causa; quia licet fuit in eius arbitrio illam imponere, ita in eodem debet esse illius commutatio, nam vnaquæque res propter quascumque causas nascitur, propter eandem dissolvitur, sed cum petitur commutatio ab alio Sacerdote, requiritur causa.

6. Et idè reassumens omnia supradicta. assero posse quemlibet confessarium ex iusta causa commutare penitentiam, etiam si fuerit data super peccata reservata, & etiam non iterata priori confessione, dummodo hoc efficiat in sacramentali confessione, non autem extrà, quòd si commutaverit, idem confessarius poterit quidem extra confessionem, si ad plurimum intra hebdomadam penitens redeat.

7. Et hæc dicta sufficiant circa præsentem questionem. \* Sed si aliquis quaereret an penitens auctoritate propria commutare possit penitentiam à Confessario sibi impostam, in opus euidenter melius? Respondeo affirmatiue, & ita etiam probabiliter docet Portel in addit. ad dub. reg. ver. penitentia sacramentalis, n. 6. ubi sic asserit. Potest penitens, auctoritate propria commutare penitentiam sibi impostam in aliud opus euidenter melius. Probatur à simili. Nam omnes dicunt posse quemlibet suum votum commutare auctoritate propria in opus euidenter melius, vt qui vovit dicere tertiam partem Rosarii, poterit commutare in vnum diem ieiunii; est autem eadem ratio, in præcepto otto ex voto, & ex mandato confessoris. Ita probabiliter Portel, licet aliqui etiam magis probabiliter contrarium asserant. Sed hæc dicta sufficiant circa penitentia commutationem; hoc vnum addam valde notandum, \* posse penitentem penitentiam à confessario iniunctam per annum differe. Ita docet ex Societate Iesu Antonius Fernandez in instrum. confessar. p. 1. docum. 7. §. 2. n. 2. ubi sic ait. Tiene obligacion el penitente de cumplir la penitencia por lo menos de un año, si no le obliga el Confessor dentro de menos tiempo coligese del cap. omnis de penit. ibi, Et iniunctam sibi penitentiam. Sic Fernandez, qui hoc etiam docuerat in docum. 4. n. 5.

RESOL. XXXVI.

An secundus Confessarius possit commutare penitentiam extra confessionem sacramentalem?

Ex quo curissime inferitur quod votum commutari potest, & absolutio à censuris potest fieri extra Sacramentum.

Et docetur primum Confessarium, qui imposuit penitentiam, illam commutare, vel diminuire posse extra confessionem.

Item brevissime docetur, quod penitens ipse potest, auctoritate propria, commutare penitentiam sibi à Confessario iniunctam, in opus æquale, aut saltem in euidenter melius. Ex p. 10. tr. 12. & Misc. 2. Ref. 43.

§. 1. Negatiue responderet Tamburinus, Opusc. de Confess. tom. 1. lib. 1. cap. 3. §. 4. n. 26. ubi ita asserit: De alio, seu secundo Confessario certum fit non posse extra confessionem commutare penitentiam ab alio iniunctam. Ratio est, quia Sacerdos non est Iudex, nec vllam habet potestatem, nisi dum est in hoc Tribunali; sed nullo modo censetur esse talis, nisi dum administrat Sacramentum; ergo, &c. Dices At votum commutari potest, & absolutio à censuris fieri item potest, & Sacramentum. Re-

Tom. I.

spondeo, posse quidem, quia id dependet solum à potestate, quam habet Summus Pontifex, quamque aliquando communicat aliis: at commutatio penitentia procedit ex potestate Sacramentali, vt dictum est. Ita ille.

2. Sed licet ego olim hanc sententiam docuerim, tamen non existimo improbabilem, sententiam affirmatiuam, quam nouissimè tuetur Leandrus de Sacrament. tom. 1. tract. 5. disputat. 9. quest. 101. quia primus Confessor potest mutare penitentiam extra Confessionem: ergo etiam poterit alius. Secundo, quia, vt aliqui probabiliter asserunt, penitens ipse potest auctoritate propria commutare penitentiam sibi iniunctam in opus æquale, aut saltem euidenter melius. Ergo meliori iure poterit Confessor. Et idè hanc sententiam tenet etiam Martinus de San Ioseph in Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 27. de Penit. numero 20. sic aens: No es necesario boluerse à confessar con el segundo Confessor, para que le commute la penitencia, basta de xija: la penitente; pues si se huiera de boluer à confessar con el, fuera para que le consta de la penitencia, que auia de commutar, y diciendosela el penitente, cessa la dificultad, & nihil frustra est faciendum, & superflua sunt resecanda, leg. Hæc stipularia, §. Final. & ibi, addit. margin. vt Legatorum nomine. Y assi podrá commutarla el segundo Confessor fuera de la Confession Sacramental. Ita ille. His tamen non obstantibus, sententiam negatiuam, quam olim docui, puto communiorem, & probabiliorem & in praxi sequendam. Vide Castrum Palaum, tom. 4. tractat. 23. punct. 21. numer. 8. & segg. Cardinalem Lugo, de Penitent. disput. 25. sect. 6. num. 110. cum aliis.

3. Nota tamen, posse primum Confessarium qui imposuit penitentiam, illam commutare extra Confessionem, docere etiam Machadam, tom. 1. lib. 3. par. 1. docum. 11. num. 1. sic asserentem: Començando pues por el Confessor que dio la penitencia, digo que es doctrina, y regla general, en que todos los Doctores conuenien, que este puede con qualquiera iusta causa commutar, o disminuir la penitencia que el dio, segun iuzgare mas conueniente, no solo en confession, sino tambien fuera de ella. No obstante, que Syluestro niega esto vltimo. Hæc Machadus; qui tamen postea num. 4. hoc negat de secundo Confessario. Vide etiam circa præsentem questionem Candidum, tom. 1. disputat. 4. art. 32. dub. 8. qui pro negatiua, & affirmatiua sententia Auctorem adducit.

RESOL. XXVII.

An Confessarius possit commutare penitentiam præseruatiuam ab alio Confessario impostam?

Et an Confessarius possit commutare penitentiam, non audita priore confessione eorundem peccatorum, etiam reseruatorum? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 136. aliàs 137.

§. 1. Negatiuam sententiam docet Zerola in praxi penit. c. 25. q. 12. ubi ait, id quod dictum est de commutatione penitentia impostæ, debet limitari, non procedere in penitentia præseruatiua, quæ datur loco medicina; nam ista penitentia non potest, nec debet commutari, quia datur per modum pharmaci.

2. Sed Bonacina de Sacram. disp. 5. q. 5. sect. 3. punct. 3. num. 5. affirmatiuam sententiam tenet, quando tamen Confessarius iusta, & rationabili causa penitentiam præseruatiuam commutet in aliam præseruatiuam

E e

Ref. 28. cursum in § penit. à verbi Dammodo, & supra in Ref. 9. §. Nota etiam, & cursum in fine §. 1. Ref. 14.

Sup. hoc sup. in Ref. 23. & in Ref. 24. §. 1. & in Ref. 25. §. Sed contrariam, aut mediâ, verbi Limita, & in aliis eorum annor. pro hac quæst.

Sup. hoc sup. in Re. 24. figuranter ex §. Sed cum, & §. Dices primo, ad medium, & in Ref. 25. §. Sed contrariam, post mediâ, verbi. Sed notandum, & infra in Ref.

TON.  
era  
1011  
III

31. §. Con 10  
do effo.

Sup. has In  
dulgentias  
infra in Ref.  
57. lege cam  
per totam, si  
gnanter à §  
Difficultas, &  
in Ref. eius  
not.

Quæ hic est  
suprà Ref. 25.  
§. At his, &  
lege alias  
Ref. & §. eius  
not. & pro  
vic. diffie. hu-  
ius §. libidem.  
in §. Sed gra-  
ue. & in aliis  
eius annot.

Idem est dicendum de voto.

Et an Sacerdos simpliciter possit ex iusta causa mutare penitentiam peccatorum mortalium, quæ iam fuerunt legitimo Confessario confessæ?

Et quid, si penitentia fuerit data super peccata reservata, & etiam non iterata a priori confessione, dummodo hoc efficiat in sacramentali confessione, & non extra; quod si commutaverit idem Confessarius poterit quidem etiam extra sacramentalem confessionem?

Et an teneatur Confessarius commutare penitentiam à se, vel ab alio impositam, si nolit?

Et quid, si ad sit periculum fracturæ, vel maxima afflictio, & cordis angustia in penitente?

Idem est de commutatione voti.

Et docetur, quod Confessarij non reminiscens penitentia imposte ob vitandam molestiam feminarum obliuiscunt penitentia, & postulantium aliam iniungi, possunt designare aliquod opus ab illis agendum, dicendo, age, quod volueris. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 53.

Sup. hoc sup. in Ref. 25 §. vlt. à lin. 2. & infra in rebus Ref. seq. & in Ref. 33. §. Sed obiter. & supra in Ref. 18. §. Nota secundo.

§. 1. Negativam sententiam docent Sanchez in Summa, tom. 1. lib. 4. c. 11. num. 36. Reginaldus in praxi, tom. 1. lib. 7. c. 8. n. 85. Henriquez in Summa, lib. 5. c. 20. n. 5. Coninch de Sacrament. disp. 10. dub. 1. 2. num. 13. & Sancius in selectis. disput. 14. numero 22. sic ait: Ad secundum negamus posse penitentem mutare suam penitentiam in euidenter meliorem, cum non possit in seipsum actum iudicij sacramenti penitentia exercere.

2. Sed contrariam sententiam probabilem esse existimo, & pro illa in tract. 1. miscellan. resol. 53. adduxi Pottel in addit. ad dubia regular. ver. Penitentia sacramentalis, num. 6. nunc verò eandem sententiam sustinere inuenio Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 9. disp. 79. num. 1. vbi sic asserit. El mismo penitente puede comutar la penitencia en otra mayor bien, que sea conocidamente mayor, en razon de satisfacion, y en razon de medicina. Y no obsta

tuatiam, secus autem minimè. Et hanc sententiam probabilissimam esse puto, nec contra illam facit Reginaldus tom. 1. lib. 7. c. 8. num. 92. & Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 38. sect. 10. n. 10. quem Bonacina male adducit pro contraria opinione; nam, vt legenti patebit, dictus Auctor non loquitur in casu nostro, sed quando superior concedit indulgentias, quia, vt ipsi bene asserunt, per has indulgentias non remittuntur penitentia impostæ, vt præseruatiuæ. Et est dispar ratio inter nostrum casum, & casum indulgentiarum. Nam in casu indulgentiarum penitus tollitur, & remittitur penitentia, in casu autem nostro penitentia non tollitur, sed commutatur, vt suppono, in aliam æqualem, etiam præseruatiuam. Ergo, &c.

3. Adde etiam, quòd Zerola adductus à Bonacina vbi supra, non facit contra nos, nam est intelligendus, quando penitentia præseruatiua commutatur in aliam præseruatiuam. Sed hoc non accidit in casu nostro. Ergo. De commutatione verò penitentia, an Confessarius possit illam commutare non audita priori confessione eorundem peccatorum, etiam si peccata, pro quibus imposita fuit penitentia, essent reservata, diximus in tr. 1. miscellan. resol. 53. vbi affirmatiuam sententiam docuimus. Vide etiam Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. c. 15. n. 16.

### RESOL. XXVIII.

An penitens propria auctoritate possit commutare penitentiam impositam à Confessario in euidenter meliorem?

Idem est dicendum de voto.

Et an Sacerdos simpliciter possit ex iusta causa mutare penitentiam peccatorum mortalium, quæ iam fuerunt legitimo Confessario confessæ?

Et quid, si penitentia fuerit data super peccata reservata, & etiam non iterata a priori confessione, dummodo hoc efficiat in sacramentali confessione, & non extra; quod si commutaverit idem Confessarius poterit quidem etiam extra sacramentalem confessionem?

Et an teneatur Confessarius commutare penitentiam à se, vel ab alio impositam, si nolit?

Et quid, si ad sit periculum fracturæ, vel maxima afflictio, & cordis angustia in penitente?

Idem est de commutatione voti.

Et docetur, quod Confessarij non reminiscens penitentia imposte ob vitandam molestiam feminarum obliuiscunt penitentia, & postulantium aliam iniungi, possunt designare aliquod opus ab illis agendum, dicendo, age, quod volueris. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 53.

Sup. hoc sup. in Ref. 25 §. vlt. à lin. 2. & infra in rebus Ref. seq. & in Ref. 33. §. Sed obiter. & supra in Ref. 18. §. Nota secundo.

§. 1. Negativam sententiam docent Sanchez in Summa, tom. 1. lib. 4. c. 11. num. 36. Reginaldus in praxi, tom. 1. lib. 7. c. 8. n. 85. Henriquez in Summa, lib. 5. c. 20. n. 5. Coninch de Sacrament. disp. 10. dub. 1. 2. num. 13. & Sancius in selectis. disput. 14. numero 22. sic ait: Ad secundum negamus posse penitentem mutare suam penitentiam in euidenter meliorem, cum non possit in seipsum actum iudicij sacramenti penitentia exercere.

2. Sed contrariam sententiam probabilem esse existimo, & pro illa in tract. 1. miscellan. resol. 53. adduxi Pottel in addit. ad dubia regular. ver. Penitentia sacramentalis, num. 6. nunc verò eandem sententiam sustinere inuenio Villalobos in Summa, tom. 1. tract. 9. disp. 79. num. 1. vbi sic asserit. El mismo penitente puede comutar la penitencia en otra mayor bien, que sea conocidamente mayor, en razon de satisfacion, y en razon de medicina. Y no obsta

dezir, que el confessor le mando hazer à quella penitencia, porque se la manda hazer porque ordena su prouecho espiritual si el le dixera que la queria comutar en otra obra que fuera conocidamente mayor bien en razon de satisfacion, y medicina, es cosa muy llana, que lo deuisa tener por bien el confessor, y ansi la puede comutar el penitente por la epicheya. Ita ille. Potest igitur penitens propria auctoritate mutare penitentiam in euidenter meliorem, sicut potest votum.

3. Nec obstat dicere cum Reginaldo, & Henriquez vbi supra, quòd est dispar ratio de commutatione voti, & penitentia; quia lex implendi penitentiam non à se, sicut voti, sed à Confessario emanauit, quam legem ipse non potest tollere, non, inquam, obstat: nam quoties quis abundantiorum solutionem offert pro debito, quàm esset ex lege adstrictus, legem non soluit, sed abundantius implet. Nec censendum erit, nouam legem penitentem sibi auctoritate propria imponere, mutando penitentiam, nec actum iudicij exercere, & iurisdictionis, sed vberius implere legem à Confessario impositam. Ergo, &c. Hæc opinio est probabilis (vt dixi) licet contraria sit probabilior.

4. Notandum est etiam hîc contra Suarez 3. part. tom. 4. disp. 38. sect. 10. num. 16. posse simpliciter Sacerdotem ex iusta causa mutare penitentiam peccatorum mortalium, quæ iam fuerunt legitimo Confessario confessæ. Et ita docet Sancius in selectis. disp. 14. n. 13. vbi num. 17. notat etiam, quòd Confessarius non tenetur commutare penitentiam à se, vel ab alio iniunctam, si nolit; nisi ad sit periculum fracturæ in penitente, vel magna afflictio, & cordis angustia; quòd etiam dicendum est de commutatione voti. si illud nolit Confessarius commutare; quidquid in contrarium asserat Sanchez in Summa, tom. 1. lib. 4. cap. 54. num. 12.

5. Sed circa præsentem materiam de commutatione penitentia iniunctæ, vide nostram \* resol. 53. tract. 1. miscell. vbi probauimus posse Confessarium ex iusta causa commutare penitentiam, etiam si fuerit data super peccata reservata, & etiam non iterata priori confessione, dummodo hoc efficiat in sacramentali confessione, & non extra. Quòd si commutauerit idem Confessarius, poterit quidem extra confessionem, si ad plurimum intra hebdomadam penitens redeat. Hæc omnia in dicta resol. satis aduersus aliquos probata sunt, lege illam, & non pigebit.

6. Nota tamen, quòd licet (vt diximus) Confessarius non possit commutare penitentiam extra confessionem, tamen docet Sancius in selectis. disput. 15. numer. 13. quòd Confessarij non reminiscens penitentia impostæ, ob vitandam molestiam feminarum obliuiscunt penitentia, & postulantium aliam iniungi, possunt designare aliquod opus ab illis agendum, non animo intimandi penitentiam, cum id extra confessionem nequeant, sed vitandi preces importunas earum, quæ si contentæ essent, quòd illis diceretur, age, quod volueris; satis esset, eo quòd sic operando materia serupuli eis non offeratur infringendo illud quòd sub penitentia esse iniunctum arbitrantur. Hæc Sancius.

### RESOL. XXIX.

An penitens propria auctoritate possit commutare penitentiam sibi iniunctam in opus euidenter melius?

Idem est dicendum de commutatione voti. Ex part. 3. tr. 14. & Misc. 2. Ref. 73.

§. 1. Nega

§. 1. Negatiue respondent Doctores, quos ego citauit in 3. part. ir. 4. resol. 53. quibus nunc addo Turrianum in selectis disput. part. 2. disp. 31. dub. 62. qui oppositam opinionem improbabilem & temerariam vocat.

RESOL. XXX.

An penitens possit commutare propria autoritate penitentiam in melius? Et docetur, quod quando penitens obliuiscitur penitentiam iniunctam, & non possit adire primum Confessarium, possit adimplere penitentiam secundum proprium arbitrium, considerando peccata confessam, & satisfactionem, que communiter solet adiungi pro similibus peccatis.

§. 1. Negatiue contra me nominatim respondet Tamburinus, Opusc. 1. de Confess. lib. 4. c. 3. §. 1. v. 15. quia, ait ipse, nemo potest commutare praeceptum Superioris, etiam in melius: v. g. non potest fidelis commutare auditionem Missae die festiui in opus quodlibet illa auditione excellentius, quia non est superiorum quia in casu nostro illud opus, quod a Confessario imponitur, eleuat virtute clauium, ad hoc ut sit opus Sacramenti, non vero illud a te susceptum. Dices: At est sententia probabilis, quod quilibet possit sibi commutare votum in opus aequale, vel saltem in melius. Respondeo: In voto ipse uouens est loco Superioris sibi legem voti imponens: & opus ex voto non debet eleuari virtute clauium: quae aliter se habent in casu penitentiae, ut dictum est.

2. Sed his non obstantibus, me citato affirmatiuam sententiam mordicus docet Pater Leandrus tom. 1. tract. 5. disp. 9. quast. 102. non tantum extratione de commutante votum in melius, sed quia ex Nugno, & aliis quando penitens obliuiscitur penitentiam iniunctam, & non possit adire primum Confessarium, potest adimplere penitentiam secundum proprium arbitrium, considerando peccata confessam, & satisfactionem quae communiter solet adiungi pro similibus peccatis. Ergo penitens potest commutare illam. Vnde haec sententia habet vsque adhuc quatuor validissimos Patronos, Villalobos, Portel, Caestlinum, & Leandrum, est itaque probabilis, licet ego priorem negatiuam, probabilioerem existimem, quam tuerur Cardinalis Lugo de penit. disp. 25. sect. 6. n. 96. & alij.

3. Sed ex his quaerit Leandrus, ubi supra quaest. 73. an penitens satisfaciat, Psalmis, Coronae, aut aliis precibus penitentia iniuncta debitis, si sola mente recitet. Et affirmatiue respondet, casu quo certo conetur expedientiis esse spirituali eius saluti orare mente quam voce; quia potest penitens commutare

ear preces penitentia debitas, in orationem illarum mentalem: nam, ut ipse tenet, penitens propria autoritate penitentiam sibi iniunctam, in aequale, aut in melius commutare potest. Sed Doctores, qui negant penitentiam non posse commutari in melius a penitente, circa casum propositum negatiue contra Leandrum respondebunt. Et ideo Amicus in Cur. Theol. tom. 8. disp. 16. sect. 5. n. 57. sic ait: ex dictis inferitur, penitentem suae obligationi non satisfacere, si Rosarium, quod in penitentiam a Confessario accepit, non uocaliter, sed mentaliter tantum recitet. Ratio; quia Confessarius, nisi aliud exprimat, semper censetur penitentiam iniungere iuxta modum ordinarium, quo solent communiter ab aliis exerceri: cumque communiter Rosarium solet uocaliter recitari non satisfacit penitens, si illud tantum mentaliter dicat. Sicut nec satisfacit qui habens pro penitentia iniunctum ieiunium, illud nocte frangit, etiam si die seruet, contra Suarez disp. 38. sect. 8. initio. Ratio est, quia ieiunium censetur a Confessario penitenti iniungi iuxta morem, quo illud communiter seruatur in Ecclesia. Haec Amicus, cuius sententia ego adhaereo.

RESOL. XXXI.

Alia dubia circa penitentiam impostam, a Confessario. Sed praeter ea, iam ex illis uerum transscripta in hoc tractatu, restant sequentia dubia.

Primum, an Confessarius teneatur imponere penitentiam praeseruatiam?

Secundum, an Confessarius possit iniungere penitentiam, ut matrimonium contrahat?

Tertium, an qui ex penitentia ad Rosarium, vel Coronam Virginis recitandam, obligationem habet, possit recitare cum socio, dicens quilibet suam saluationem Angelicam?

Quartum, an penitens, si impotens sit ad recitandum Officium, Psalmos, Coronam, &c. solus, teneatur hac cum socio recitare; & penitentiam adimplere, si socium facile adiuuare queat? Ex part. 1. tr. 7. & Misc 7. Ref. 3.

§. 1. Quaeo primo an penitens possit propria auctoritate satisfactionem impostam a Confessario in aequale vel in melius commutare; & nouissime negatiue respondet Pasqualig. in Theolog. t. 2. contr. 86. sect. 6. numero 2. & nominatim contra Card. Lugo, sed ego aduersus illum posita plures Doctores adduxi, & nunc aliquos etiam addam, ut probabilitas nostrae sententiae magis firmetur, sic itaque asserit Remigius in pract. Confess. tractat. 5. cap. 5. §. 15. num. 10. El mismo penitente se puede tambien desobligar de la penitencia impuesta en la confession commutandola en cosa igualmente buena, o satisfactoria, o por lo menons en cosa euidentemente mejor; y assi el que tuuo deuocion de rezar todos los dias el Oficio de nuestra Señora, y despues le han dado en penitencia que rezare todos los dias una parte de un rosario, satisfaze la penitencia con el rezo del dicho Oficio. Et me citat Ioannes de Soria in epilogo summarum p. 2. tr. 1. sect. 2. disput. 2. §. circa satisfactionem fol. 101. Potest Sacerdos, imò debet, imponere per virtutem clauium penitenti penitentiam aliquam, quia satisfactio est pars Sacramenti: sed non semper est Sacerdos obligatus ad imponendam eam sub praeepto determinando opus, cum sufficiat aliquando dicere. Si hoc, vel tale opus feceris, ego assigno in penitentiam. Ex quo inferitur, valde uilius esse illa uerba a Sacerdote proferre post absolutionem

na Ref. 56. & in Ref. eius prima not. signanter in eius §. Et quidem prope finem, uerf. Ex penitentia.

Sup. hoc in tribus Ref. praecedentibus, & infra in Ref. 33. §. Sed obiter. Ref. sup. in Ref. 25. §. ult. à lin. 2. & in Ref. 18. cursum in §. Nota secundo,

Sup. hoc ad literam infra in §. Quaeo secundo. huius Ref. in fine. Sup. hoc late sup. in Ref. 11. & in alio §. eius annot.

Sup. hoc in-  
fra in hac ip-  
famer Ref. §.  
Quarto sc.  
cuando, & in  
aliis eius an-  
notationis.

Sup. hoc infr.  
in hac Ref. §.  
Nota hic, &  
in aliis eius  
prima not.

Quæ hic sur-  
tuprà Ref. §.  
& 25. & in  
aliis not. pr-  
ma huius  
Ref.

nem scilicet, *Et quidquid boni egeris, &c.* maxi-  
mè ad serenandas Confessorum scrupulorum con-  
scientias.

2. Et tandem hanc sententiam me citato, tanquam  
probabilem defendit doctus Pater Ioannes Maria  
de Castilento in *Polyanthea Seraphica tom. 1. ver.  
Confessio difficult.* 62. vbi sic ait: Licet negent pro-  
babiliter multi Doctores in melius euidenter opus,  
posse sibi penitentem commutare impositam  
sacramentaliter penitentiam, cum in seipsum iudi-  
cis actum ferre nequeat, volent enim requiri no-  
vi iudicii actum à Confessario factum ad commu-  
tandam penitentiam etiam in melius opus: Ita  
Coninch *disputat.* 10. d. 12. de *Sacram. penit.* Hen-  
riq. l. 5. c. 20. Reginald. *tom. 1. l. 7. c. 8.* Sanch. *tom. 1.  
in sum.* l. 4. c. 11. Sanchez in *select. disput.* 14. nu-  
mero 22. & alij.

3. Attamen nostri Portel *V. Penit. sacr. in addit.*  
*num. 6.* & Villalob. *tit. 1. tr. 9. difficult.* 9 quos ci-  
tat & sequitur Diana *1. part. tract. 4. de Sacrament.*  
*resolut.* 53. & 2. *part. Miscell. 1. res. l. 53.* ex co,  
quia votum quis potest propria auctoritate muta-  
re in melius euidenter opus, puta vnam coronam  
in vnum diem ieiunij, ergo etiam propria auctori-  
tate poterit commutare vnam coronam pro peni-  
tentia impositam in diem ieiunij, cum eadem ratio  
militare valeat vtrunque, & probabiliter quidem,  
quia vtrouque non adest commutatio auctorita-  
tiua iurisdictionalis, sed auctoritate æquitatis fun-  
data in superabundanti pietate, quia quis per-  
fectius cupit adimplere vel Deo promissionem fa-  
ctam, vel ab homine mandatum acceptum, ita vt  
ista dicatur improprie commutatio voti, & peni-  
tentia adimpletio. Hinc obligatus reddere, vel dare  
modium vnum hordei, si det ex sua liberalitate  
vel pietate tres modios frumenti, dicitur verè  
adimplere obligationem, quantumvis in specie  
hordei modium non tribuat, quia superabun-  
danter tradit quod melius est. Vnde sicut debens  
recipere hordei modium nollet recipere tres mo-  
dios tritici, videretur esse irrationabiliter inuitus,  
acceptat opus melius pro minori promisso, & con-  
fessor etiam esset irrationabiliter inuitus, si nollet  
penitentiam parua à se datam commutare, vel  
adimplere per opus euidenter melius propria peni-  
tentis voluntate vel pietate electum. Quare ex præ-  
sumpta Confessarij voluntate vt dicemus infra, po-  
test penitentiam in opus euidenter melius commuta-  
re penitens.

4. Quod si dicas cum Henriq. *loc. cit.* quod  
non est eadem ratio voti, & penitentia, nam vo-  
tum est lex à se posita, penitentia autem ab alio  
imposita, non obstat, nam strictius adstringitur  
vovens à lege sibi per votum imposita, vt pote iure  
diuino obligatus deinde eam seruare, nec nisi à  
Prælati cum causa legitima dispensari potest, quam  
penitentia, quæ solum ex præcepto Confessoris  
obligat, & eam ipsemet potest tollere, vel alter, vt  
dicemus infra, & tamen præsumunt ipsi, quod Deus  
benedictus paruum opus quod quis vovit, in eu-  
denter melius commutat à vovente, acceptet, &  
non præsumunt hoc de Confessore? qui si esset in-  
uitus, irrationabiliter inuitus dicens, quod tam-  
en non potest dici de Deo, quia si nollet acceptare,  
ipse est Dominus, & illud est bonum quod  
Deus vult, non autem est bonum quia sic volen-  
dum est, itaque præfata opinio omnino mihi pro-  
babilis videtur, cum nulli fiat præiudicium, &  
penitendi perfectius detur occasio. Hucusque Cas-  
tilentus; cui etiam adde Nouacium in *scrutinio  
spirituali p. 1. c. 41.* & me citato Possentium in *Re-  
collect. 99. mor. ver. penit. Sacrament. c. 3. num. 15.*

& me citato doctum & amicissimum Laurentium  
Longum in *tabulis Sacrament. tab. 2. c. 30. num. 2.*  
præter Leandrum, Bassæum, Baucium, Martinum  
de San Ioseph, quos \* alibi in mei defensionem ad-  
duxi; dico itaque circa præsentem difficultatem,  
sententiam negatiuam esse probabilem, affirmati-  
uam verò suam habere probabilitatem non dubio,  
vt olim docui.

5. Quarto secundò: An Confessarius liberetur à  
peccato si aliquando imposuerit non ita grauem  
penitentiam, si in abolutione apposuerit illam  
clausulam, *Quidquid boni feceris sit tibi in remissionem  
peccatorum?* Negatiuè respondet Martin. de  
*Sacram. t. 5. d. 51. sect. 5. n. 46.* sed probabiliter olim  
cum multis affirmatiuè respondi, sed nominatim con-  
tra me infurrexit Eminentissimus Dominus meus  
Cardinalis de Lugo, contra quem postea in fauorem  
huius sententiæ ego adduxi Leandrum, Amicum,  
Machadam, Bassæum, Reuerendissimum Candi-  
dum sacri Palatii Apostolici Magistrum, & alios,  
quibus nunc addo Remigium in *Pract. Confess. t. 5.  
c. 5. §. 17. num. 2.* vbi sic ait: Fuera de los ayunos,  
oraciones, y limosinas, puede tambien el Confessor  
dar por penitencia todas las obras, que general-  
mente hiziere buenas en el dia, semana, o mes, por-  
que si el pecado en comun puede ser materia deste  
Sacramento; porque no lo sera tambien la satisfac-  
cion? y este es el estilo de la Iglesia, conforme à  
quellas palabras. *Quidquid boni feceris & mali sus-  
tineris, sit tibi in remissionem peccatorum, &c.*  
que acostumbra dezir los Confessores despues la  
absolucion Sacramental. Y es opinion comun que  
tambien sirven de que el Confessor se libre de pe-  
cado, en auer impuesto penitencias leues por gra-  
ues culpas. Ioannes de Soria in epologo *summar.*  
*p. 2. tr. 1. sect. 1. §. circa satisfactionem,* ait: Potest Sa-  
cerdos (iuno debet) imponere per virtutem clauium  
penitenti penitentiam aliquam, quia satisfactio  
est pars Sacramenti: sed non semper est Sacerdos  
obligatus ad imponendam eam sub præcepto de-  
terminando opus, cum si sufficiat aliquando dicere,  
Si hoc, vel tale opus feceris, ego assigno in peni-  
tentiam, ex quo inferitur valde vtilius esse illa ver-  
ba à Sacerdote proferri post abolutionem scilicet.  
Et quidquid boni egeris, &c. maxime ad seren-  
andas Confessorum scrupulorum conscientias.  
Ita ille.

6. Et tandem Baucius in *casibus singularibus con-  
scientie cas. 112.* sic ait, Quæritur an Confessarij  
imponentes paruas penitentias in particulari, in  
aliquo casu excusari debeant.

7. Respondetur affirmatiuè, puta quando Con-  
fessarius profert illa verba in abolutione, *Quidquid  
boni feceris, aut patienter sustineris sit tibi in au-  
gmentum gratia, &c.* debet verò Confessarius de-  
clarare penitenti, vt sciat leuem penitentiam sibi  
idèd imponi, quia omnia bona opera totius vite  
sua in satisfactione penæ peccatis debite iniun-  
guntur. Vide etiam Trullench. de *Sacrament. l. 4. c. 7.  
d. 2. n. 9. & 14.*

8. Quæro tertio, an Confessarius teneatur im-  
ponere penitentiam præseruatiam? Negatiuè  
respondet Remigius in *Pract. confess. tract. 5. c. 5.  
§. 18. numer. 4.* vbi sic ait: *A qui se ofrezce una do-  
da y es, supuello que el confessor no solo es  
juez, sino tambien Medico, si tendrà obligacion  
debaxo de pecado mortal dar al penitente peni-  
tencia, no solo satisfactoria, sino tambien iudi-  
cial, y præseruatua contra el pecado v. g. que  
ayuno, que se vifia de cilicio, &c. A esto se  
responde, que aunque harà bien el confessor en  
darle semejantes penitencias, y en aconsejarle  
la:*



las: però no tiene obligacion debaxo de peccado grave à mandarlo assi; porque semejantes penitencias no son simpliciter necessarias para remedio del penitente, y puede el penitente con medios mas suaves, y aun con vivir con cuidado apartar se de sus culpas, y pecados, aunque aygan sido de costumbre; y bastará, que el diga, que con el favor de Dios, ha de procurar la emienda, y complir la penitencia, que le diere el confessor. Ita ille.

9. Sed hæc opinio mihi non placet, & ideo Ioannes Pontius in curs. Theol. disp. 46. q. 14. conclus. 5. n. 173. rectè ex Concilio Tridentino sess. 14. c. 8. & multis rationibus firmat, confessorium teneri imponere penitentiam non solum vindictivam, sed etiam preseruativam iuxta conditionem personæ, & qualitatem culpæ.

10. Hinc oritur dubium curiosum, an confessorius possit iniungere penitenti, vt matrimonium contrahat: & negativè respondet Fagundez p. 2. l. 9. c. 5. n. 4. & Layman tract. 6. cap. 15. sed Leander de Sacram. tom. 1. tract. 5. disp. 9. quest. 36. ex Navarro, & aliis affirmativam sententiam docet, in casu quo confessorii constituit esse penitentem remedium vt ipse non ruat in peccata carnis; ratio est, tum quia ex Apostolo, melius est nubere, quam viri. Tum etiam, quia susceptio huius Sacramenti non est ita ardua, aut onerosa, quæ non possit sub penitentia aliqua iniungi.

11. Nota hic obiter, Pasqualigum in Theol. t. 2. d. 36. sect. 8. n. 38 cum aliis, probabilitè docere, penitentiam non posse commutari nisi repetatur confessio peccatorum, pro quibus fuit iniuncta, non est tamen necesse quod perfectè repetatur, sed sufficit si in confilio. Sed ego sententiam affirmativam potè etiam probabilem esse, quam tuetur etiam nouissimè me citato Remigius in pract. confess. s. d. 5. §. 18. n. 9. vbi ita asserit; *Es tambien opinion muy probable, que el confessor puede conmutar la penitencia, que impuso otro; aunque no se repitan los pecados, aygan sido reservados, y aunque sea la penitencia de las que llaman preseruativas y medicinales, con tal que se comute en otra preseruativa, y concurra alguna causa, como quando el penitente no la cumpla, y cree el confessor que dificultosamente cumpla la primera; o es contra la salud, condicion; o que sea en estado; Quia presumitur hanc esse superioris intentionem.*

12. Con todo esso parece dificultoso de entender, que se pueda conmutar la penitencia medicinal en otra en otra, sin que mensuamente el penitente se confiese de sus pecados, porque la medicinal no se hà de poner igualmente por todos los pecados, sed ratione servata, vn remedio se destina contra la torpeza, y otro se ordena à la ira, &c. y consecutiivamente parece necesario saber los pecados para hazer la conmutacion de vna preseruativa penitencia en otra? pero inigo que diciendo el penitente la causa porque le dieron la penitencia preseruativa, podrá el Confessor conmutar la en otra.

13. Nota etiam quod penitens potest recitare non flexis genibus, si flexis genibus nequeat. Quia quod flexis genibus dicatur, est quid accidentalè, & modus tantum penitentia, quod deficiente implenda substantia manet; quia præceptum confessoris intelligendum est instar præcepti Ecclesiastici. Item potest recitare cum socio dicens quilibet suam salutationem Angelicam, qui ex penitentia ad Rosarium, vel coronam Virginis recitandam obligationem habet. Quia interpretari possumus voluntatem confessorij esse vt huiusmodi pensum, & penitentia eo more, quo Officium diuinum persoluitur, adimpleatur.

Tom. I.

14. Et ita docet Leander de Sacram. to. 1. tr. 5. disp. 9. quest. 69. & 70. sed difficultas est \* an penitens si impotens sit ad recitandum Officium, Psalmos, aut Coronam, &c. solus, teneatur hæc cum socio recitare: Et negativè respondet Leander loco citato q. 71. etiam si penitens socium facillimè inuenire queat. Quia probabilius est Clericum non teneri ad recitandum Officium cum socio (etiam si illi, aliquis in socium se offerat) si impotens est ad recitandum solus; ergo neque penitens impotens ad implendam penitentiam per se solum, tenebitur ad eam exequendam socium querere.

\* Sup. hoc le  
ge doctrinam  
Ref. not seq.  
& aliarum  
cius annot.

Sup hac pro-  
babilitate in  
tom. 3. tr. 6.  
Ref. 37.

RESOL. XXXII.

An facta commutatione penitentia, possit penitens eligere, quam maluerit?

Et quid, si penitens iterum confiteatur eadem peccata, super quibus penitentia iniuncta fuit, & de novo illi penitentia imponitur, tacita prima, an teneatur, secunda penitentia non obstantè, adimplere primam non reuocatum?

Et an Confessorius in alia confessione, etiam non iterata confessione, possit commutare penitentiam?

Et an idem Confessorius possit, non audita confessione mutare penitentiam, si penitens intra hebdomadam redeat?

Etiamque queritur, utrum Confessorius possit imponere penitentiam grauem sub onere tantum peccati venialis?

Et an penitens, si ex negligentia non adimplet penitentiam tempore determinato à Confessario, peccet tantum venialiter? Ex part. 1. tr. 8. & Misc. 8. Ref. 55.

§. 1. **N**egativè respondet Cardinalis Lugo de Sacram. penit. disp. 2. §. sect. 6. n. 103. vbi sic ait; Petes an ad tollendam obligationem prioris penitentia, requiratur quod Confessorius velit eam commutare, & tollere; an si sufficiat audire eadem peccata, & imponere penitentiam pro illis, absque eò quòd fecit, impositam fuisse aliam penitentiam pro eisdem, ad hoc vt penitens possit accipere hanc secundam penitentiam, & relinquere priorem: Aliqui enim ideo probant nostram conclusionem, quia, nimirum penitens potest iterum in iudicium adducere illa peccata, ac si nunquam fuissent adducta, & adherere sententiæ posteriori. Existimo tamen hoc non sufficere, sed requiri reuocationem seu commutationem prioris sententiæ, nam si hoc esset, possit etiam penitens relicta posteriori penitentia, adherere priori, quæ nondum reuocata est per secundam: cum ergo præceptum prioris Confessorij validum fuerit, manebit in suo robore, nisi in eodem tribunalè reuocetur, ad quod oportet manifestari secundo Confessario, & quod ipse habeat eam intentionem. Imò hoc etiam credo verum, licet secunda confessio fieret cum eodem primo Confessario: hic enim si non recordaretur prioris confessionis, & penitentia, non haberet intentionem eam reuocandi, neque auferret obligationem ex illa relicta propter eandem rationem Ita Lugo.

2. Sed ego affirmatiuè sententiæ adhaereo cum Doctoribus, quos citat, & sequitur Leander de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 9. q. 103. quibus ego addo Dicastillum de Sacram. tom. 2. tract. 8. disp. 14. dub. 8. num. 131. vbi sic asserit: \* Semel autem facta mutatione penitentia liberum est penitenti eligere penitentiam, quam voluerit siue primam, siue secundam, inquam mutata est, quia commutatio fit in fauorem

\* Sup. hoc, in tom. 8. tr. 4. Ref. 75. & lege eam per totam & vide etiam Ref. & §. eius annotationis.

Et 3 penit

penitentis, qui potest cedere iuri suo. Ita Suarius *cit. disp. 38. sect. 10. num. 7.* Reginald. *l. 1. num. 89.* Lessius, & alij, quos in simili referam agens de voti commutatione. Ita ille.

3. Qui etiam antea n. 130. nominatim contra me duas opiniones impugnat, sic enim ait: Illud non admitto, quod ibi habet Diana, posse mutare in alia confessione, etiam non iterata priori confessione: si enim Sacerdos, ut iudex, & iudicialiter debet iudicare; debet nosse ea, de quibus iudicat, ut det pro illis aliam penitentiam prudentem; id autem non potest, ut iudex faceret, nisi exponatur illi materia de qua iudicat, quod autem fiat in confessione aliorum peccatorum, nihil refert; perinde, ac si aliquis iudex, quando iudicat de vna causa, aut delicto alicuius rei, vellet iudicare de alia causa, aut facto eiusdem rei, quod non nouit, nec de se defertur. Item non admitto quod eod. tract. 15. ref. § 3. & ideo in fine, ait, posse eundem Confessarium non audita confessione mutare si intra hebdomadam redeat, quia iam non censetur moraliter durare prior confessio. Satis est quod, possit incontinenti. Huc uoque Dicastillus. Sed ego non recedo à supradictis opinionibus ab ipso impugnat, sunt enim satis probabiles, ut videre est apud Doctores quos citat me citato, & sequitur Leand. ubi supra de Sacram. tom. 1. tr. 5. disp. 99. 95. 100. & 101. quibus adde Ioannem de Soria *Epilogo sum. p. 2. tr. 1. sect. 1. disp. 2. §. de satisfactione.*

Sup. hoc supra in Ref. 25 §. At hic, post media, a ver. His tamen, & in aliis eius nos. & signanter in ver. ut dicte annot

Quæ hic est supra Ref. 25. & melius, & magis late supra in Ref. 24. §. 1. & in Ref. 26. §. vi. & in aliis eorum annot.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 1. Ref. 131. §. Hinc, ad mediam, ver. secundo.

4. Sed hic obiter quero, an Confessarius possit imponere penitentiam grauem sub onere tantum peccati venialis? Suarez tom. 4. disputat. 38. sect. 7. num. 4. putat, probabilem esse sententiam Medinae, asserentis penitentem non peccare mortaliter omitendo grauem penitentiam, si Confessarius declarat se imponere illam sub obligatione tantum peccati venialis. Sed hæc sententia displicet Dicastillo ubi supra dub. 2. num. 31. docet enim, esse quidem scipè in potestate præcipientis, grauis leuivè materiae præceptum ferre. Si autem res præcepta ex se grauis, aut leuis sit, & legem, aut præceptum superior ferat, quæ verè lex sit, aut præceptum non est in potestate ipsius, quod lex, aut præceptum de materia leui obliget sub culpa graui, vel de materia graui, sub culpa leui.

5. Aliqui hoc probant, eo quod Confessarius imponens penitentiam, etiam non imponat nomine suo, sed nomine Dei, atque adeo non potest suam actionem pro suo arbitrio temperare; sed necessarid agere prout postulat institutio Sacramenti. Hæc (inquam) ratio mihi non placet, quia quamuis Sacerdos nomine Dei præcipiat, nisi alia ratio obstaret, posset suam actionem solum ad obligationem venialem extendere, & non ad aliam, sicut enim (siue peccet, siue non peccet) potest absolute nullam imponere obligationem, aut imponere obligationem in leui materia, quantumuis, si dictamen rationis, & institutionem Sacramenti, Christi que voluntatem sequeretur, deberet imponere grauem; ita similiter, quamuis exerceat iudiciu nomine Christi, possit valide ad nullam, vel ad leuem tantum penitentiam obligare & non possit etiam leuem obligationem inducere, quamuis nomine Christi iudicet, aliàs posset ipsa materia grauis admittere ex vero præcepto obligationem leuem. Itaque idè non potest verum imponere præceptum circa materiam grauem sub obligatione leui, quia obligatio grauis, aut leuis non pro voluntate præcipientis, sed ex natura rei, id est materiae præceptæ, resultat grauis, aut leuis. Vnde nec ipse Deus id posset facere, inuol-

uit enim contradictionem; nam sicut inuoluit contradictionem esse propriè loquendo præceptum, aut legem, & non inducere obligationem: ita propriè loquendo contradictionem inuoluit esse legem, aut præceptum graue (id est de materia graui præcepta ex qua grauitas præcepti sumenda est) & non relaxare obligationem grauem, nam (ut aiunt Philosophi) sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis, ad magis.

6. Verum his non obstantibus ego puto cum Suarez opinionem Medinae esse probabilem. Nota præter Thomam à Iesu à me \* alibi adductum, nouissimè Ioannem de Soria in *epilogo summarum part. 2. tract. 1. sect. 1. disp. 2. §. de satisfactione fol. 100. docere, penitentem, si ex negligentia non adimplet penitentiam tempore determinato à Confessario; peccare tantum venialiter; Verum hæc sententiam reprobat Dicastillus ubi supra 256. dub. 4. in quo bene explicat quo tempore teneatur penitens implere penitentiam, & ideo in casibus occurrentibus lege illum.*

## RESOL. XXXIII.

An penitentia imposta à Confessario, quando adimpletur, debeat referri ad Confessionem, v.g. si quis habuit penitentiam à Confessario audiendi Missam quotidie per spatium vnus mensis, &c. anni, sed aliquando audiuit Missam in memor dictæ penitentia, queritur, an satisfaciat præcepto penitentia iniunctæ, & satisfactio illa fuerit pars Sacramenti, & possit prodesse ex opere operato?

Et quid, si in articulo vnus in penitentia penitens executioni mandaret cum intentione expressa illam non implendis an tunc quidem satisfaciat præcepto Confessarij, sed tamen non habeat rationem partis Sacramenti, & per consequens non remittat penam ex opere operato?

Et an penitens possit propria auctoritate commutare penitentiam à Confessario impostam in opus emendatius, sicut votum? Ex part. 10. tr. 16. & Misc. 6. Ref. 26. aliàs 25.

§. 1. POnamus exemplum, Petrus v. g. habuit penitentiam audiendi Sacrum quotidie per spatium vnus mensis, aliquando audiuit Missam in memor penitentia à Confessario impostæ, queritur, an satisfecerit præcepto penitentia iniunctæ, & satisfactio illa fuerit pars Sacramenti, ut possit prodesse ex opere operato? Quoad primum affirmative respondet Merollat tom. 2. disp. 4. cap. 3. dub. 31. num. 360. Sanchez in *sum. tom. 1. lib. 1. cap. 13. n. 9. & 10.* & alij. Quoad secundum negative respondet nouissimè doctissimus Pater Sforza Pallavicinus in *Affer. Theol. lib. 7. cap. 27. num. 280.* ubi sic ait: Putamus etiam, satisfactionem impostam à Confessario ita explendam esse à penitente, ut ad Sacramentum referatur, alioquin neque erit pars Sacramenti, nec proinde implementum sufficiens. Quamuis enim implementum præcepti in genere non possit referri ad ipsum præceptum, idè hoc euenit, quia præcipiens, nihil aliud dicit, nisi mihi displicebis, nisi hoc feceris: Quare ad vitandam displicentiam præcipientis, sufficit, id fecisse quomodocumque: Imò in aliquibus materiis sufficit, id fecisse ante præceptum, & per actum malum (quæ tamen non conceduntur ab aduersariis in implemento penitentia Sacramentalis) de qua re late in *libell. de iust. à num. 91. vsque ad 97.* Ac in præsentia materia præter præceptum Confessarij iniungentis opus, habemus præceptum Dei, referendi illud opus

opus ad Sacramentum, vt possit nobis prodesse ex opere operato. Hoc autem præceptum dari suadet, quia alioquin satisfactio non esset pars sensibilis Sacramenti: posset enim iniungi, præsertim agrotato, \* satisfactio merè interna (vt v. g. quod Deum corde inuocet) quæ proinde neque erit sensibilis in se, neque in alio, quandoquidem nullam habet connexionem de facto cum illa sensibili iustione Sacramenti, sed ad eam se habet omnino concomitanter. Rursus fac, alicui impostam esse auditionem Sacri, is verò audiat Sacrum die festo nullo modo referens illud ad præceptum, vel Confessarij, vel Ecclesie: Erunt tunc auditio pars Sacramenti, necne? Hand enim videtur ratio alterutrius dicendi si quemadmodum potest satisfieri præcepto Ecclesie sine intentione, ita & penitentia Sacramentali. Denique id asserere videtur magis congruum; Cum enim effectus Sacramentalis conferatur secundum dispositionem ipsius penitentis, vt docet Sanctus Thomas 3. part. quest. 84. art. 1. expedit vt non sit pars Sacramenti opus à confessario iniunctum, si calu, & sine memoria talis obligationis quomodocumque fiat, sed tantum si fiat cum ea intentione, ad hoc vt penitens tunc melius se disponat ad recipiendum nouum effectum Sacramentalem. Hucusque Pallaucinus.

2. Sed ego puto in tali casu satisfactionem referri ad confessionem cum intentione virtuali, vel habituali, & ideo non solum penitentem non actualiter referentem illam satisfactionem ad confessionem, præceptum penitentia adimplere, sed illam satisfactionem relatum ad confessionem, virtualiter esse partem Sacramenti, & conferre gratiam ex opere operato. In vno tamen casu admitterem libenter opinionem Patris Pallaucini, quando v. g. penitens opus iniunctum executioni mandaret cum expressa intentione illius non adimplenda: nam in tali casu existimo, per executionem penitentia iniunctæ cum intentione non satisfaciendi illi, satisfieri quidem præcepto confessarij vt docet Sanchez *ubi supr.* num. 17. cum Bonacina *de legib. d. 1. q. 1. pun. 10. num. 21.* non tamen illam habere rationem partis Sacramenti, & per consequens non remittere poenam ex opere operato. Sicut dicunt aliqui de executione penitentia, per actum, ex aliqua circumstantia malum. Ratio autem esse potest, quia sicut confessio, quæ est pars Sacramenti penitentia, debet fieri cum intentione confitendi, & absolutio dari debet à confessario, cum intentione absoluendi, saltem virtuali; Ita penitentia in satisfactionem iniuncta, vt possit dici pars Sacramenti, & vim habeat remittendi poenam ex opere operato, debet executioni mandari à penitente cum intentione satisfaciendi, saltem virtuali, vel habituali, ac per consequens, si executioni mandatur, cum expressa intentione non adimplendi penitentiam, non erit satisfactio Sacramentalis seu pars Sacramenti.

3. Sed obiter hic notandum Patri Pallaucino, *ubi supr. c. ult. n. 337.* non videri probabile, posse quempiam sibi commutare penitentiam propria auctoritate in opus euidenter melius, sicut votum; nam penitentia consideratur tamquam opus præceptum, & ideo includit exercitium obedientia: non est autem obediens qui operatur pro suo iudicio, & pro sua voluntate, non pro iudicio, & voluntate superioris. Et hæc est disparitas vniuersè inter præceptum, & votum. Ita ille. Sed licet ego huic sententia adharream, non audeo tamen contrariam nota improbabilitatis inurere, & ideo illam præter Porcel, Villalobos Celestinum, & Leandrum, tamquam probabilem etiam admittunt Martinus de Sancto Ioseph in *Mon. Confess. tom. 1. lib. 1. tract. 23. de Pa-*

*nitent. n. 14.* & Eligius Bassius in *florib. Theol. pract. ver. satisfactio. num. 10.* vbi sic ait: Penitens non potest propria auctoritate penitentiam in æquale, aut in melius commutare, quia commutatio penitentia est actio Sacramentalis, & actus Iurisdictionis, qui sit à confessario, tamquam à superiore; penitens autem non potest in se actionem iurisdictionis Sacramentalis exercere, cum nullus sit sibi superior. Et hæc sententia est probabilior. Quamuis non sit improbabili contraria sententia. Ratio illorum est, quia quoties quis abundantiorum solutionem offert pro debito, ad quam est ex lege adstrictus, legem non soluit, sed abundantius implet; nec censendum erit, nouam legem, penitentem sibi auctoritate propria imponere, mutando penitentiam, nec actum Iudicij exercere, & iurisdictionis, sed verius implere legem à Confessario impostam. Ita Bassius.

RESOL. XXXIV.

An satisfactio sacramentalis causet gratiam ex opere operato?  
Et an implere penitentiam in peccato mortali, sit peccatum mortale: Ex part. 3. tr. 4. Ref. 70.

§. 1. AD hanc questionem respondet Ioannes de la Cruz in *direct. conscient. part. 2. de sacram. Penit. q. 1. dub. 4. concl. 2.* vbi sic asserit: Probabilis est, quod satisfactio quando exercetur, (si non adit impedimentum peccati mortalis) causet gratiam ex opere operato, vt dicit ordinem ad clauas Ecclesie. Et si arguas, quod gratia penitentia causetur in instanti terminatio prolationis verborum Sacerdotis, *Ego te absoluo*, sed satisfactio fit postea, Ego ad hoc dico, quod in illo instanti causetur gratia essentialis Sacramenti: at quando postea fit satisfactio, causetur quædam perfectio, & augmentum gratia; sicut enim satisfactio est pars integralis istius Sacramenti, sic gratia ab ea causata efficit perfectionem, & integritatem eiusdem gratia. Ex quo patet non peccare mortaliter, eum, qui implet satisfactio nem in peccato mortali, cum non ponat obicem effectui essentiali, sed soli perfectioni, & integritati eiusdem effectus. Ita ille & ante illum Ledesma in *summa. tom. 1. de sacram. Penit. cap. 1. dnb. 2. & alij.*

Sup hoc lege doctrinam Ref. seq. & alterius verbi eius primæ annot.

Super hoc infra in Ref. 37.

RESOL. XXXV.

An satisfactio sacramentalis in peccato mortali facta habeat suum effectum?  
Et asseritur penitentiam in statu peccati mortalis impletam remittere postea poenam temporalem ex opere operato, quando recedit fictio, id est, quando cessat status ille.  
Et an penitentia à Confessario taxata iuxta gravitatem peccatorum, & non minorata ob fragilitatem penitentis extinguat debitum totius pena temporalis restantis: Ex part. 5. tr. 13. & Milc. 1. Ref. 38.

§. 1. EX Soto, Adriano, Ledesma & Saatez negatiuam sententiam docet Ochagauia *de sacrament. tract. ult. de penit. quest. 15. num. 6.* Idem etiam ex Henriquez, & Coninch tenet Hurtadus *de sacramentis, dispus. 14. de penit. dissic. 14.* quibus adde Ioannem Præpositum in 3. part. quest. 12. *de satisfact. dub. 6. num. 82.* Villalobos in *summa. tom. 1. tract. 9. d. fficult. 76. num. 89.* & ratio est, quia ad satisfaciendum re vera ex vi Sacramenti, & tanquam pars sacramentalis ex opere operato tantum videtur assumptum illud opus poenale, quod ex se & natura

Sup hoc lege doctrinam Ref. præterita, & infr. ex Ref. 37. §. 1. ante medium verbi. Imo plus, & vide etiam Ref. annot. seq.

sua, & ex omnibus suis circumstantiis est satisfactorium ex opere operantis, illa enim tantum est satisfactio legitima, quemadmodum ad rationem Sacramenti matrimonij tantum videtur assumptus à Christo contractus matrimonialis legitimus inter legitimas personas; sed opus pœnale factum in statu peccati mortalis non est satisfactorium ex opere operantis, vt patet ex secunda conclusione. ergo neque est satisfactorium ex opere operato, & ex vi Sacramenti.

2. Verum his non obstantibus affirmatiuam sententiam non minus probabilem esse puto. Dico igitur opus satisfactorium quatenus est pars Sacramenti, & à Confessario impositum, remittere pœnam temporalem debitam pro peccatis dimissis per absolutionem sacramentalem precedentem, & hoc ex opere operato, etiam si in peccato mortali fiat. Et ita hanc opinionem tenet, qui penes me instar multorum est, sapientissimus Vasq. in 3. p. tom. 4. q. 94. art. 2. dub. 3. num. 10. & ante illum Marf. in 4. q. 11. art. 3. & Med. C. de pœnit. in iuncta extra gratiam impleta. Probat hanc opinio, quia si aliquid oblatet, quominus satisfactio sacramentalis in peccato exhibita remitteret pœnam temporalem, aut hoc esset, quia homo in peccato mortali existens incapax est remissionis pœnæ. Et hoc non, quia ei, qui existit in peccato mortali, remitti potest pœna temporalis, licet non possit remitti culpa aliqua mortalis, aut venialis, quod ex se patet, cum nullum habeat inconueniens, nec etiam obstat prædictæ remissioni pœnæ, quod opus non est meritorium ex defectu hominis satisfaciens, qui debebat ad satisfaciendum esse in gratia, quia satisfactio non operatur ibi per modum meriti condigni, sed per modum Sacramenti mortuorum impetrando remissionem pœnæ temporalis: ergo ad hoc non est necessaria gratia. Dicendum est igitur, quod status peccati mortalis non est obex remissioni pœnæ temporalis faciendæ media pœnitentia sacramentali: ergo in eo statu causatur dicta remissio media pœnitentia in eo statu facta. Consequenter patet, quia Sacramentum & pars Sacramenti operantur suum effectum in subiecto non habente obicem. Antecedens autem probatur, quia pœnitentia sacramentalis non causat remissionem pœnæ temporalis media infusione gratiæ, nec per modum meriti de condigno, quibus status peccati mortalis est obex, sed impetrando illum à Deo, cui impetrationi non obest, quia peccator multa potest à Deo impetrare, & impetrat.

Sup. hoc in  
Ref. seq. & in  
alia eius not.

3. Notandum est tamen stando in prima sententia, Caietanum, Victoriam, Suarez, Henricum, & Coninch asserere pœnitentiam in statu peccati mortalis impletam remittere postea pœnam temporalem ex opere operato, quando recedit fictio, id est, quando cessat status ille. Sed Hurtadus vbi supra docet hæc à supradictis auctoribus dici sine fundamento, quia si tribuere effectum ex opere operato, recedente fictione, conuenit Baptismo, & fortè pœnitentiæ informi (si datur informis) ideo est, quia hæc duo Sacramenta sunt media necessaria ad remissionem culpæ, & pœnæ æternæ; pœnitentia verò sacramentalis non est necessaria ad remissionem pœnæ temporalis restantis, quia hæc potest pluribus aliis operibus haberi: ergo, &c. & ita hanc sententiam docet etiam Præpositus vbi supra in 3. p. q. 12. de satisfact. dub. 6. n. 82.

4. Nota etiam hic obiter contra Petrum Soto l. 1. de satisfact. Suar. in 3. p. tom. 4. disp. 38. sect. 5. Vasq. q. 94. art. 2. dub. 6. Ochaguiam vbi supra. q. 16. Turrianum de pœnit. disp. 28. dub. 5. Reginald. tom. 1. lib. 7. c. 5. n. 47. pœnitentiam à Confessario taxatam iuxta grauitatem peccatorum, & non mino-

rata ob fragilitatem pœnitentis extinguere debitum totius pœnæ temporalis restantis. Ita cum Scoto, Scoto Gabriele, Maiore, & Medina docet Hurtadus vbi supra diff. 15. ad illum, & non pigebit.

## RESOL. XXXVI.

An satisfactio sacramentalis facta in peccato reuincat, quando homo resurgit per contritionem subsequenter? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 84. aliàs 85.

§. 1. **N**egatiuam sententiam docet Turrianus de pœnit. disp. 38. dub. 3. qui citat Vasquez, Sotum, Ledesnam, & Adrianum. Ratio est, quia nulli in Scriptura sacra inuenitur talis promissio. Ergo sine fundamento asseritur.

2. His tamen non obstantibus, affirmatiuè respondendum esse puto cum Suarez tom. 4. disp. 38. sect. 8. num. 5. Fagundez pr. 2. lib. 19. c. 4. num. 9. Petro Fay de pœnit. in addit. ad 3. part. q. 14. art. 3. disput. unica, Caietano, Petro Soto, Victoria, Navarro. Ratio est, quia sacramentum Pœnitentiæ conlequitur suum effectum recedente fictione, sicut reliqua Sacramenta; ergo etiam satisfactio, vt est pars integralis sacramenti Pœnitentiæ. Consequenter patet, nam vt talis, etiam est opus Dei. Quæ omnia intelligenda sunt, non tantum quoad effectum gratiæ, sed etiam quoad effectum remissionis pœnæ, & ideo Layman in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. c. 15. n. 15. sic asserit. Probabile valde est, quod remotio postea obice peccati mortalis per nouam pœnitentiam, mox ex virtute Sacramenti (per Christi merita) sequatur remissio pœnæ temporalis.

## RESOL. XXXVII.

An implens pœnitentiam in peccato mortali peccat mortaliter?

Et an qui oblitus est pœnitentiæ sibi iniunctæ, remanens secundo eadem peccata confiteri, vel quid debeat facere?

Et an possit à Confessario imponi in pœnitentiam sacramentalem opus præcepti, & an pœnitens illum omitens peccet dupliciter?

Et an Confessarius possit imponere pœnitentiæ per modum consilij dicendo, si hoc, vel illud feceris seruiat tibi in satisfactionem?

Et an possit pœnitens pœnitentiam in vindictam peccatorum implere per alterum, quando Confessarius id vult?

Et an Confessarius possit in pœnitentiam sacramentalem imponere opus internum? Ex part. 4. tr. 4. & Milc. Ref. 241.

§. 1. **H**ic casus sæpius in praxi occurrit, & affirmatiuam sententiam quoad primum docet Barbosa nouissimè in collect. Doctorum super Concil. Trident. sess. 13. cap. 8. num. 6. vbi sic ait: Pœnitentiam in peccato mortali adimplens, peccat mortaliter. Ita ille. Verum negatiuam sententiam tenendam esse puto, & ideo Hurtado de Sacramentis disput. 14. de pœnitent. difficult. 14. sic ait: Quamuis qui implet pœnitentiam in statu peccati mortalis ponat obicem effectui primario sacramenti Pœnitentiæ, sed non tamè secundario conferendo media pœnitentiæ sacramentali. Ita ille. Imò plus addit Vasquez in 3. part. tom. 4. quæst. 94. art. 2. dub. 5. nempè pœnitentiam sacramentalem in statu peccati mortalis factam, causare ex opere operato remissionem pœnæ temporalis restantis, sicut causat, quando fit in statu gratiæ. Et ita hanc sententiam tenet etiam Martinius in 4.

in 4. quest. 1.1. art. 3. & Medina Cod. de Confessione, quest. de penitentia inuncta extra gratiam impleta; licet contrarium doceat Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 38. sect. 8. Henriquez lib. 5. cap. 20. num. 7. Coninch. de Sacramentis disp. 10. dub. 1.1. asserentes penitentiam sacramentalem in statu peccati mortalis impleam remittere postea poenam temporalem ex opere operato, quando recedit fictio, id est, quando cessat status ille; sed hoc dici absque sufficienti fundamento putat Hurtado ubi supra; quia, si tribuere effectum ex opere operato recedente fictione conuenit Baptismo, & ferre etiam penitentia informi, ideo est, quia hac duo Sacramenta sunt media necessaria ad remissionem culpae, & poenae aeternae. Penitentia uero sacramentalis non est necessaria ad remissionem poenae temporalis restantis, quia haec potest pluribus aliis operibus haberi; ergo, &c. Verum hanc sententiam Suarez, & aliorum, quam sine fundamento dictam putauit Hurtado, probabilem esse docet Guiliemus Mercerus de Sacram. in supplem. part. 3. D. Tooma, quest. 15. dub. 3. quaritur 3. num. 3.

2. Notandum est tamen hic obiter pro praxi contra Richardum in 4. distinct. 17. art. 2. quest. 8. ad 4. D. Antonium part. 3. tit. 14. cap. 19. §. 19. & Syluestrum ver. Confessio 6. quest. 3. penitentem, qui oblitus est penitentiae sibi iniunctae, non teneri recedendo eadem peccata confiteri, vt aliam penitentiam pro iis recipiat; sed si sua culpa penitentiae non recordetur, sufficit hoc peccatum confiteri, & si forte oblitio accidisset statim post datam penitentiam, & crederet, Sacerdotem adhuc eius esse memorem, teneretur, si posset, ab eo petere quod iniunxisset, praesertim quando penitentia est grauis. Ita Coninch de Sacramentis disp. 10. dub. 9. num. 86. Caietanus in summa ver. Confessio iteranda, §. ex satisfactione. Sotus in 4. distinct. 20. quest. 2. art. 2. ad 3. Hurtado distinct. 11. & alij.

3. Notandum secundò contra Paludanum in 4. distinct. 15. quest. 1. art. 2. & Maiorem quest. 2. dub. 1. in penitentiam sacramentalem imponi posse à Confessario opus praecipui. Ita Vasquez in 3. part. tom. 4. quest. 94. art. 1. dub. 6. Hurtado distinct. 8. Coninch. dub. 8. Mercerus quest. 14. dub. 4. qui optimè obseruat, si eo casu penitens omittat opus aliàs debitum, iam eadem omissione peccabit dupliciter; si autem explicet, duplicem fructum reportabit, vnum ratione operis praecise considerati, & praecipuo: alterum ratione virtutis, quam opus trahit ex potestate clauium.

4. Nota tertio contra Vasquez in 3. part. tom. 4. quest. 1. art. 2. dub. 1. num. 9. Nugnum in addit. quest. 13. art. 2. distinct. 1. Coninch. disp. 10. dub. 8. quòd Confessarius non tenetur imponere penitentiam obligantem, quia ex vna parte penitentia sub consilio tantum imposita est sufficienter sacramentalis, vt pote imposita virtute clauium, & ex altera parte penitentia sic imposita potest esse expediens penitenti ob ipsius fragilitatem; & ita docet Suarez in 3. part. tom. 4. disp. 38. sect. 3. Tannerus tom. 4. disp. 6. quest. 8. num. 7. Nauarrus in manual. cap. 26. num. 24. Henriquez lib. 5. cap. 21. & alij; vnde notissime Mercerus de Sacrament. in supplement. part. 3. D. Tooma quest. 15. dub. 2. n. 5. dixit, penitentiam imponi posse per modum consilij, dicendo: Si hoc, vel illud feceris, seruiat tibi in satisfactionem.

5. Nota quartò contra eundem Vasquez, & Coninch locis citatis. Ledesman in 2. part. quartis, quest. 14. art. 4. & alios, quòd penitens potest penitentiam in vindictam peccatorum implere per alterum, quando Confessarius id vult, siue id velit, quando illam imponit, siue postea, & ideo ex rationabili

causa potest Confessarius imponere penitentiam per alium implendam. Ratio est, quia ex vna parte vnus potest satisfacere pro alio pro poena temporali relicta post remissionem peccati, & ex altera parte obligatio implendi penitentiam oritur ex voluntate Confessarij; ergo quando Confessarius vult, id sufficit. Ita Suarez tom. 4. disp. 18. sect. 9. Reginaldus in praxi. tom. 1. lib. 7. cap. 7. quest. 2. Tannerus ubi supra numer. 11. Mercerus dub. 3. num. 4. & alij. Et tandem.

6. Nota quintò contra Alexandrum 4. part. quest. 84. membr. 2. art. 1. & Almainum in 4. distinct. 15. que 1. posse Confessarium in penitentiam sacramentalem imponere opus internum. Ita Coninch ubi supra Hurtado dist. ult. 7. Suarez sect. 6. & Mercerus dub. 2. Quia sicut Confessarius potest absolue- re ab internis peccatis, ita & ad actus internos ligare potest; & quamuis tales actus non sint per se sensibiles, tamen sunt sensibiles per accidens, cum exterius imponuntur, & acceptantur.

RESOL. XXXVIII.

An adimplere penitentiam in statu peccati mortalis, sit saltem peccatum veniale? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Ref. 45.

§. 1. Affirmatiuam sententiam tenet Layman lib. 5. tract. 6. cap. 15. num. 15. vbi sic ait: Sequitur esse quandam irreuerentiam saltem venialem, si quis penitentiam impleat in statu peccati mortalis; quia Sacramenti aliquam partem suscipit indignè, & ponit obicem consequendi eius effectum, qui est remissio poenae. Ita ille, & ante illum Suarez tom. 4. disp. 38. sect. 8. num. 7.

2. Sed ad hanc opinionem tenendam Lugo de Sacrament. Penitent. disp. 25. sect. 3. num. 32. asserit non inuenire sufficiens fundamentum: nam dicta pars Sacramenti non est collatiua gratiae; ponere autem obicem effectui remissionis poenae, non arguit culpam venialem; alioquin etiam esset peccatum veniale audire Missam in statu peccati, aut adesse in peccato benedictioni Pontificis, quando conceduntur indulgentiae, quia ponitur obex simili effectui, quod tamen nemo concedit. Muldò ergo minus debet hoc dici in nostro casu, in quo illud detrimentum postea refarcitur, cum sublato obice habeatur totus ille effectus, quod in auditione Missae & indulgentiis non contingit. Praxis etiam fidelium haec est: nam si alicui pro penitentia detur recitare singulis diebus Coronam, aut dicere orationem breuiem, quoties iurat, nemo dicit peccatum esse veniale non constitue- re se in statu gratiae, quoties dicit Coronam, aut orationem illam breuiem. Ita Pater Lugo. Tamen, vt verum fatear, affirmatiua sententia est communi, teste Magno in addition. ad 3. part. quest. 14. art. 2. verb. nihilominus: & praeter Layman, & Suarez, tenet illam Henriquez lib. 5. cap. 18. numer. 3. & cap. 20. numer. 7. Filiucius tom. 1. tractat. 8. cap. 2. num. 57. Reginaldus in Praxi, tom. 1. lib. 7. num. 84. Bonacina de Sacramentis disp. 5. quest. 5. sect. 3. punct. 4. num. 15. & alij.

RESOL. XXXIX.

An qui non adimplet penitentiam in tempore à Confessario praescripto, peccet mortaliter? Et notatur, quod si in honorem alicuius Festi penitentiam imponat, v.g. Confessarius ieiunium, si per impotentiam à ieiunio illius diei penitens excusetur, non teneatur postea alio die ieiunare.

Secus

Sup hoc sup. in Ref. 14. §. vii. post medium, à vers. qui potest etiam, & in Ref. 33. ad medium, §. i. vers. Hoc autem.

Praeter Ref. not. seq. pro prima diffie. huius tituli lege infra doctrinam Ref. 46. & omni Ref. eius primae annot. & signanter eius §. 1. & supra ex Ref. 32. Vide §. Veru.

Secus autem si Confessarius præcipere penitentibus ieiunium diebus Veneris, vel Sabbati vnius mensis vel anni. Ex part. 3. tr. 4. Ref. 91. aliis 92.

Sup. hoc sup. in Ref. 32. §. vi. & inf. in Ref. 45. §. 2. a lin. 6. veri. Muy probable, &c.

§. 1. **N**egatiuè respondet Thomas à Iesu in el tribunal de la conscientia, tract. 3. c. 2. dub. 7. vbi sic asserit: *Diva alguno que peccado es no hazer la penitencia en el tiempo señalado del Confessor. Respondeo de ordinario es pecado venial de negligencia, quando sin causa se disiere, mas quando con justa causa se disiere, no es peccado ninguno.* Sed de hac quaestione alibi dictum est.

Sup. hoc lege doctrinam Ref. seq.

Sup. hoc si- gnanter ibi- dem, & latè inf. in Ref. 41. & n. aliis §. eius an- not. prima.

2. Notandum est tamen hic obiter pro praxi, quòd si in honorem festi alicuius peculiaris imponat, v.g. Confessarius ieiunium, si per impotentiam à ieiunio illius diei penitens excusetur, non tenetur postea alio die ieiunare. Secus autem si Confessarius præcipere penitentibus ieiunium diebus Veneris, vel Sabbati vnius mensis, vel anni; tunc enim qui aliquo dierum illius temporis non ieiunaret, teneretur in alio postea die ieiunare. Et ita ex Nauar. & Syluest. docet Fagundez part. 2. lib. 8. cap. 4. n. 5.

## RESOL. XL.

*An Confessarius imponens penitentiam, etiam tempus determinando, post illud elapsum teneatur penitens adhuc illam adimplere.* Ex part. 5. tr. 13. & Misc. 1. Ref. 37.

Sup. hoc lege doctrinam §. vi. Ref. præ- terita, & inf. Ref. 41. & al- terius §. eius not. & quam- vis pro voto vide tamè in to. 8. tr. 4. ex Ref. 14. §. 2. & alias Ref. eius annot. & hic sup. Ref. 21. §. Nota etiam ad medium.

§. 1. **R**espondeo quòd cum Confessarij imponen- do, non tam habeant rationem temporis & cultus eo tempore exhibendi, quam ipsius operis in se quod iniungunt, scilicet in satisfactionem peccati, & per modum medicinae in futurum, si penitens præfixo tempore penitentiam non impleuerit, siue culpa- biliter, siue absque culpa, debet proximo commodo tempore eam adimplere, vt tenet Toletus lib. 3. cap. 11. n. 11. & breuiter indicat Valquez quaest. 94. art. 2. dub. 4. n. 1. Contrarium tenet Henriquez lib. 5. c. 2. n. 7. cuius sententia vera esse potest, quando ex cir- cumstantiis potest colligi non fuisse mentem Confes- sarij exacto tempore penitentiam obligare.

## RESOL. XLI.

*An qui habuit penitentiam ieiunandi v.g. singulis sex- tis Ferijs, si non possit illo die ieiunare, teneatur al- tero die ad ieiunandum?*

*Et inferitur, si Confessarius imponat ieiunium peni- tenti, singulis diebus Veneris per annum seruandum & festum Natiuitatis Domini incidat in diem Ve- neris, non teneri penitentem illo die ieiunare, sed posse ieiunium in alium diem transferre.* Ex part. 9. tr. 9. & Misc. 4. Ref. 53. aliis 52.

Sup. hoc sup. in Ref. 39. §. Notandum, a lin. 5. & veri. Secus autem, & lege do- ctrinam Ref. 40. & quam- vis pro voto vide tamen in to. 8. tr. 4. ex Ref. 14. doctrinam §. 2. & aliarum eius not. & hic sup. in Ref.

§. 1. **A**ffirmatiuè respondet Amicus in Cursu Theolog. 10. §. disp. 16. sect. 5. dub. 10. n. 93. vbi sic ait: Tripliciter potest penitentia à Confessario iniungi. Primo, vt certo die adimplenda: vt ieiunium pridie Natiuitatis B. Virginis, Rosarium in Sabbato orandum. Et hoc modo omittam penitentiam assignato die non tenetur penitens illam alio die adimplere; sed tantum de omissione dolere, eamque suo tempore confiteri. Ratio est; quia talis penitentia est addicta certo tempori, quo elapso, non amplius obligat: sicut Officium Diuinum, aut Sacrum in festo omittum, vel votum ieiunandi, aut recitandi Psalmos determinato die, in honorem alicuius Sancti

non tenemur alio die ea perficere; quia sunt opera ex intentione Ecclesiae, vel Confessarij, aut voutis addicta ad certum diem. quo elapso non amplius obligant; quia ultra illum non se extendit intentio imponentis, aut voutis. Secundo: iniungi potest penitentia à Confessario ad nullum certum diem addicta: & tunc certum est, quolibet die eam à penitente impleri posse. Tertio: imponi potest certis quibusque diebus in hebdomada, aut mense exten- quenda, vt ieiunium singulis diebus Veneris intra mensum, vel annum seruandum. Et tunc quando penitens vna hebdomada, aut mense penitentiam non adimplerit, tenetur alia hebdomada, aut mense adimplere. Ratio; quia tunc Penitentia non imponitur, vt addicta ad certum diem; sed pro commo- ditate penitens diuiditur in hebdomadas, vel menses, vt facilius adimpleri possit. Ex his inferitur, si Confessarius imponat ieiunium penitenti singulis diebus Veneris per annum seruandum, & festum Natiuitatis Domini incidat in diem Veneris, non teneri penitentem illo die ieiunare, sed posse ieiunium trans- ferre in alium diem. Hucusque Amicus.

2. Sed nouissime nominatim contra me negatue sententiae adheret Pater Leandrus de Sacram. tom. 1. tract. 5. disputat. 9. quaest. 78. quia existimat quòd communiter Confessarij respiciant tempus, ac præ- figant diem, & fortè in memoriam Passionis Christi Domini, & eius Virginis Matris. Ergo elapso illo die, non tenebitur penitens, cum sit onus eius in alio ieiunare. Sed ego non recedo à sententia quam doctui.

3. Nec deseram hic apponere verba Castri Palai tom. 4. tract. 23. disput. unica, punct. 2. §. 4. n. 1. 3. vbi sic ait: Si tempus designatum à confessorio, sit v.g. vt proximo die Veneris, vel vigilia B. Virginis ieiunes, confitearis, aliudvè opus praestes; non est dubium, vt obligatum esse eo die exequi. At, si ob- malitiam, vel impotentiam eo die penitentiam omittas, alicui videri poterit te excusatum esse; quia illius diei designatio in specialem Beatæ Virginis, vel Pas- sionis Christi Domini honorem facta est; quem honorem non respicit ieiunium alio die allimpeum, ac proinde cessat materia præcepti penitentiae sicut cessaret, si obligatum esset ex voto, & alio quouis præcepto. Sic sentire videtur Fagundez de secula. Eccles. præcept. lib. 9. c. 4. n. 5. & Fauet Henriquez lib. 5. Sum. c. 22. in fine. Sed omnino dicendum est, per se non cessare obligationem ieiunij, & communionis: nam esto hæc opera eo die tibi præcipiantur exequi in honore B. Virginis, vel Christi Passionis; non tamen hic finis est vltimatus, sicut est in voto, alioquè Eccle- siastico præcepto; sed est finis medius, & relatus ad finem satisfaciendi pro peccatis commissis, & præ- cauendi futura. Vnde esto cesset illius finis medij con- secutio; cum non cesset hic finis vltimus, & præci- pius, non cessat præceptum. Quod si verges; cessat materia præcepti: si quidem cessat fieri ieiunium in Christi, vel B. Virginis honorem, quæ fuit materia præcepta. Respondeo cessare ex parte, sed non ex to- to, cessare, inquam, quoad accessorium, sed non quoad principale. Etenim in prædicto præcepto duo conti- nentur: primum, & principale ieiunium, secundum minus principale, & accessorium, vt eò die in ho- norem Virginis ieiunes; vtrumque satisfactionem præteritorum, & futurorum medelam respicit: ac cessante secundo, primum consistere potest, cum suum finem specialiter spectet. Non igitur ex de- signatione temporis finitur penitentiae obligatio. Ita Palauus ex Suarez, Coninch, & aliis. Qui tamen ab hac doctrina excipiunt penitentiam, quam confes- sarius ita temporali alligat, vt eo transacto, obligatio- nem cessare velit. Reputant autem hanc voluntatem habere,

habere, quoties poenitentia per longum tempus, statim temporibus, distribuitur, quae si in unum coniungeretur, intolerabilis esset: v.g. si debeas ex poenitentia iniuncta singulis hebdomadis, imò & singulis mensibus ieiunare, vel communicare, & longo tempore ieiunia, vel confessiones omiseris: censent, te non esse obligatum compensare; quia intentio confessarii hanc poenitentiam imponentis fuit finire simul cum tempore obligationem, ne si, simul cum subsequente persisteret; poenitens nimium graueretur.

RESOL. XLII.

An Confessio sacramentalis iniuncta singulis mensibus possit ultra differri?

Et an in predicto casu possit anticipari?  
Idem dicendum est in viroque casu, si votum esset emissum de confessione agenda singulis mensibus? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 99. alia 100.

§. 1. **P**onam hic verba Ioannis Sancier in *selectis*, disp. 13. n. 9. vbi sic asserit: Animaduertito tamen non transgressurum poenitentiam illam, cui esset iustum intra unum mensem confitendum fore, si per tres, vel quatuor dies ultra mensem confessionem differret, praeterim ex causa iusta, & idem iudicio si votum esset emissum de confessione agenda. Non enim ita mathematicè praefigendus est terminus, nec Deus adeo rigorosus exactor erit iudicandus. Imò si intra octo dies à mense elapso solemniter aliquis dies sequeretur, vel Iubilaeum, &c. posse differri confessionem usque ad illam diem mihi persuasum, si ègre poenitens ferret bis intra octo illos dies confiteri, vel Iubilaeum non lucrari. Et posse anticipari per octo dies minime dubito, ex causa illa Iubilaei, vel solemniter diei. Quod si per tres hebdomadas confessionem praevenerit, forte non implebit praecipuum, cum mens iubentis eò tendat, ut per mensum curet poenitens mundam habere conscientiam; certior namque experientia sumitur emendationis poenitentis per spatium vnius mensis, quam per hebdomadam. Haec Sancier. multum pro praxi conducunt, licet aliquibus non admodum certa videantur.

RESOL. XLIII.

An qui per Confessarium vigore literarum alicuius dispensationis habuit poenitentiam, ut singulis mensibus confiteatur, an, inquam, confessionem aliquo mense omissam teneatur sequenti supplere?

Et notatur, quod eo mense, quo iste vellet satisfacere praecipuo confessionis annua, tantum obligatur ad unam confessionem, eaque satisfaciet tum dispensationem tum praecipuo Ecclesiae.

Idem est de eo, qui menstruam confessionem vouit, vel si à qualibet Confessario menstruam confessionem in poenitentiam habuit? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. Ref. 31.

§. 1. **A**ffirmatiuam sententiam docet Petrus Ochagua de *Sacr.* tr. 4. q. 14. n. 4. vbi sic ait: Sentio quod si ille, cui singulis mensibus sit imposita confessio in aliquo mense, non confiteatur, cogendum eum esse in sequenti mense bis confiteri, quod simile est illi resolutioni, quam defendimus in materia de poenitentia, scilicet eum, qui vno anno non implevit praecipuum confessionis, debere in altero sequenti bis confiteri; cuius est ea assignanda ratio, quia confessio haec non tam imponitur pro onere,

quam ad perfectionem, & suppleendam, excellentiam voti. Ita ille, satis quidem probabiliter.

2. Sed etiam non minus probabilem negativam sententiam existimo, quam docet Sanchez de *marr.* tom. 3. lib. 8. disput. 34. num. 37. vbi sic asserit: Si mensis transeat absque confessione, credo hunc non teneri confessionem omissam supplere; alio mense eam duplicando, ad quod onus singulis mensibus adstrictus sit. Sicut vouens quotidie recitare, non tenetur preces alicuius diei omissas supplere. Haec Sanchez.

3. Nota tamen quod non solum Sanchez, sed etiam Ochagua asserunt, quod eo mense, quo iste vellet satisfacere praecipuo confessionis annuae, tantum obligabitur ad unam confessionem, eaque satisfaciet tum dispensationi, tum praecipuo Ecclesiae; quia non est credendum Pontificem velle maius ei onus imponere, & sic ait Sanchez dicendum esse de eo, qui confessionem menstruam vouit, & de eo, qui, v.g. per aliquos annos habuit à Confessario impositam singulis mensibus confessionem, & in aliquo illorum coincidit praecipuum Ecclesiae, nam in his casibus non tenetur ad duplicem confessionem, quae sunt valde notanda, quia practicable.

Sup. hoc in Ref. annor. praeferat in eod. §. & v. & infra in Ref. 30. per tota & signanter §. Difficult. & in to. 2. tr. 2. Ref. 24. in fine.

RESOL. XLIV.

An poenitentia imposita à Confessario possit differri ad unum annum?

Et quid si intra predictum annum iterum vult confiteri, & non adimplevit poenitentiam praeteritam, vel primam confessionem praeteritam, an adhuc possit differre primam poenitentiam ad unum annum? Ex part. 10. tr. 12. & Misc. 2. Ref. 42.

§. 1. **N**on posse, videtur docere Tamburinus *Opus. de Confess.* lib. 4. cap. 2. §. 2. n. 9. vbi sic ait: Debet adimpleri poenitentia quando Confessor designat: licet facile excusari possit à mortali dilatio talis temporis designati; quia communiter confessarii praecipuum cadit potius in rem exhibendam, quam in tempus. Quod si non designat, ut communiter fieri consuevit; per se loquendo, debet impleri quam primam commodè moraliter potest, sicut obligat votum aliaque similia: videtur tamen probabile, quod dilatio, nisi sit nimia, & ad longum tempus & nisi ipsa dilatio minuat rem iniunctam, non sit mortalis; Sicuti idem dicitur de voto absque temporis determinatione emisso, quando dilatio rem promissam non minuit, ut minueret tardus ingressus in Religionem. Aliqui simpliciter, & absolute extendunt ita eiusmodi obligationem; ut censent ad unum annum posse differri: sicut ad unum annum differri potest obligatio confitendi: quod tamen videtur nimis largè prolatum. Ita ille.

Sup. hoc in Ref. not. primae post seq. Sup. hac dilatio infra in Ref. 46. & in aliis eius primae not.

2. Sed ego non discedo à sententia affirmativa, quam probabiliter olim docui ex Antonio Fernandez; & quam nouissime me citato, tenet Martinus de San Ioseph, in *Mon. Confess.* tom. 5. lib. 1. tract. 23. de *Poenit.* n. 16. sic asserens: Pero quando el Confessor dio la poenitencia, y no señala tiempo, si el penitente dilato cumplirla un año, no me parece que peccara, o à lo sumo venialmente; pues el que pecca mortalmente poco despues que le confesó por Pasqua, puede dilatar la confession por un año, y parece correr la misma razon en un praecipuo que en otro, & vbi eadem militat ratio, eadem debet militare iuris dispositio, cap. *transacto*, de *confir.* leg. *Illud*, ff. ad leg. *Aquilianam*. Haec Martinus: cui adde etiam me citato; Leandrum de *Sacrament.* tom. 1. tractat. 5. *disputat.* 9. *quæst.* 89. qui testatur hanc sententiam tenuisse sapientissimos Magistros Primarios in Salmanticensi academia. Dico itaque posse licitè per annum poenitentiam differri. Quod ex cap. *omnis* de

Docuit supr. in Ref. 5 §. vlt. in fine & in Ref. 18 in fine, & late infra in Ref. seq. & in Ref. 1. post seq. in §. Non delinam & in Ref. 24 §. vlt. ad medidum.

de penit. ex illis verbis: Et iniunctam sibi penitentiam: Sic probat. Quia nullus obligatur confessionis precepto, statim ac peccat, sed potest differre confessionem per annum: ergo similiter poterit per annum, penitentiam à Confessario impositam differre:

3. Et tandem non deseram hic apponere verba Ioannis Henriquez, in *Compend. cas. mor. cap. 42. n. 5.* sic asserentis: *El penitente está obligado dentro de un año à cumplir la penitencia admitida en la confession commengandose à contar este año desde el dia de la confession; y dentro de el se puede boluer à confessar quando quisiere; aunque no aya cumplido la penitencia, y estos es muy cierto, aunque dixere Medina en su Suma, lib. 2. cap. 7. que el hombre que se confessa no auendo cumplido la penitencia impuesta por pecado mortal, peca mortalmente: y la razon con que preuan los Doctores que dentro de un año ay obligacion de cumplir la penitencia, es porque por el mismo caso que la Iglesia ha puesto precepto de confessar una vez en cada año, se infiere de aqui; que dando un año de plazo, y termino para confessar, se da tambien para cumplir la penitencia, que mana de la Confession. Hac ille. Et post hæc scripta inueni nostram sententiam docere etiam ex Societate doctum Patrem Escobar, in *Theol. moral. tr. 7. Exam. 4. c. 7. num. 40. in fine.**

Sup. hoc inf. in Ref. 45. §. Er hanc in fine.

## RESOL. XLV.

An penitens possit per annum differre penitentiam impositam à Confessario?  
Et alia dubia proponuntur circa hoc Ex part. 1. tr. 7. & Misc. 7. Ref. 10.

Sup. hoc in Ref. præterita, & in Ref. seq. §. Non definam. & sup. in fine Ref. 18. & in Ref. 24. §. v. t. ad medium, & in Ref. 25. §. v. t. in fine & pro doctrina huius §. 1. in Ref. 2. huius nor. §. 1. & in aliis eius primæ nor.

§. 1. Negatiuè respondet Trullench de *Sacr. lib. 4. c. 7. dub. 4. n. 1. 1.* Reverendissimus Candidus tom. 1. disp. 24. art. 30. dub. 9. ubi sic ait: Quando Confessarius non præfixit tempus adimplendæ penitentia, penitens quamprimum commode potest adimplere tenetur, quod si valde diu iudicio prudentis viri penitens penitentiam grauem differat adimplere absque iusta causa, grauius peccaret; quia faceret contra voluntatem Confessarij, & finem Sacramenti in re graui; secus si non multum differat, vel penitentia non sit grauis. Ita ille; cui adde Suarez, Coninch, Reginaldum, Bonacinam, Granadum, Hurtadum, & Cardinalem Lugo, quos citat Leander de *Sacram. to. 1. tr. 5. disp. 9. quest. 89.*

2. Sed opinionem contrariam probabilem ego olim docui, & nunc iterum doceo, quam tuetur præter Ferdinand. Ioan. Henriquez, Leand. & alios Doctores à me citatos, nouissimè Martinus de San Ioseph in *motiis Confess. to. 1. lib. 1. tract. 27. de penit. numer. 15.* ubi sic ait, *Muy probablemente seuan muchos Doctores, que si el Confessor señaló al penitente el cumplimiento de la penitencia en tal y tal tiempo, que peca mortalmente si lo dilata notablemente, porque es deuda que ya debe por la acceptation que hizo: y el que dilata notablemente pagar otras deudas de dineros, &c. peca mortalmente, luego, &c. Sanchez de *matrim. lib. 8. disp. 34. num. 57.* & alij; però mos probable me parece, que aunque se dilate un año no pecará mortalmente, por que tiene mas esperas Dios. y la ley en lo que se debe, que los hombres: y el Derecho lo dixere que mitius agitur cum lege, quam cum hominibus, l. Celsus, ff. decept. arbit. Parece me será pecado venial, como no se ponga en peligro de que se le elucida la penitencia, et spicua si la di-*

sup hac doctrina sup. in Ref. 32. §. v. t. & in Ref. 39. & cursum in Ref. 24. §. Di. co primo, in fine, v. Quæstionis lecurda.

lacion es por quatro, ò seis meses. Quia sine mora dicitur fieri quod fit intra sex menses, alias intra quatuor menses, *glos. mora in l. finali C. de con. lib. 1. r.* Ita Martinus.

3. Et hanc opinionem admittit etiam alius Hippolitus Remigius Noyden in *pract. confess. tr. 5. cap. 5. §. 18. num. 2.* sic asserens: *Quando el Confessor no señaló termino en que se aua de cumplir la penitencia, está à el penitente obligado à cumplirla quando buenamente pudiere, y no será pecado mortal la dilacion si no fuere grande, porque por el mismo caso que la Iglesia ha puesto precepto de confessar una vez en el año, se infiere de aqui, que dando un año de termino para la confession, la da tambien para cumplir la penitencia, y bien puede el penitente antes de auela cumplido dentro deste año, si quisiere boluer à confessar una y mas veces, quia vitetur in re suo. Ita ille. Cui etiam adde me citato Laurentium Longum in *Tabulis Sacramentorum tab. 2. cap. 30. num. 4.**

4. Nota verò quod idem Leander 9. 6. 3. quærit an habens penitentiam recitandi septem Psalmos flexis genibus, & taliter nequeat, teneatur alio modo recitare. Et pro negatiua sententia me adducit, implet autem affirmat teneri recitare non flexis genibus, si flexis genibus nequeat. Quia quod flexis genibus dicantur, est quid accidentale, & modus tantum penitentia, quo deficiente implenda substantia manet. Et hoc optimè docet, sed male pro contraria sententia me adduxit, nam ego non loquor quando quis habet istam causam non recitandi flexis genibus, sed quando potest, tunc enim assero non posse recitare alio modo, non autem dico, quod si non possit ex aliqua iusta causa recitare flexis genibus, quod remaneat liber à recitatione. Vide etiam Lugo de *penitent. disp. 25. sect. 6. numer. 93.* ubi sic ait: Dubitari potest quomodo obligetur penitens ad circumstantias operis à Confessario iniuncti, v. g. impositum illi fuit, vt recitaret Coronam flexis genibus, vel coram tali imagine, an satisficiat, licet non flexis genibus, nec coram illa imagine recitaret. Affirmat Vega in *summa tomo 2. cap. 64. cas. 6.* quia attendi debet magis ad substantiam, quam ad circumstantias. De hoc tamen merito dubitat Diana *tom. 2. tract. 4. de sacrament. resolut. 55.* quia recitare flexis genibus videtur addere aliquid substantiale simplici recitationi. Distingui ergo possumus cum Thoma Sanchez *lib. 4. in Decalog. cap. 12. num. 8.* ubi in simili de voto docet, quando res promissa est grauis & circumstantia leuis, vt si quis voluit recitare coram tali imagine Beate Virginis, votum principale obligabit ad mortale circumstantia autem, nempe vt sit hæc imago specialis, obligabit communiter sub veniali; quia communiter æquales, aut ferè æquales est Virginis obsequium, & ideo leuis est mutatio illa. Possit tamen aliquando esse culpa mortalis, eo quod circumstantia sit multò maioris cultus diuini, orando, v. g. coram tali imagine propter multo maiorem deuotionem & populi concursum. Vnde eodem modo de circumstantiis à Confessario adiunctis dicendum erit, cum eadem sit ratio.

5. An verò liberetur penitens ab obligatione implendi penitentiam, quando non potest exequi circumstantiam à Confessario iniunctam: vt si precepit recitare coram tali imagine, vel in tali Ecclesia quod facere non potest: eadem est quæstio ac de voto, an propter impotentiam ad circumstantiam liberetur uouens à substantia: quam quæstionem late tractat idem Sanchez *dicto lib. 4. cap. 14. à num. 24.* ubi plures regulas assignat ad discernendum, an in casu fuerit intentio obligandi ad substantiam, cessante etiam



etiam circumstantia: quæ omnes regulæ transferri possunt ad casum nostrum, & videri apud illum Auditorum, ne quæstionem late, & optime ab eo tractatam ad hunc locum, cuius non ita propria est, transferre cogamur. Et hæc omnia docet Lugo *vbi sup.* & secundum superius dicta intelligenda sunt, quæ dixi in loco citato à Leandro citato.

6. Nota, Paqualigum in *Theol. to. 2. disp. 86. sect. 5.* cum aliis docere, non posse imponi satisfactionem in Sacramento penitentia, implendam per alium. Probatur, satisfactio sacramentalis est actus proprius penitentis, vt definit Trid. *sess. 14. c. 4. & can. 3.* & debet esse in castigationem peccatorum, vt habet c. 8. Ergo non potest imponi vt implenda per alium, quia tunc nõ est actus proprius penitentis, nec castigatio peccatorum.

7. Sed contrariam sententiam ego docui, & me citato cum pluribus aliis docet Leander *vbi sup. q. 81.* qui q. 8. firmat. quod quando penitens per se ipsum nequit implere, possit absque expressa licentia Confessoris, alteri eam committere, & per illum satisfacere ex implicita, & interpretatiua licentia Confessorij, dummodò penitentia sit satisfactoria, & non medicinalis.

8. Item, licet Fagundez neget non posse Confessarium post datam penitentiam declarare suam mentem fuisse, posse penitentem illum per alium implere. Tamen Leander *q. 83.* me citato, putat posse absolute declarare, esse suam voluntatem, vt per alium satisfaciatur (& hoc extra confessionem) etiam si à principio, quando penitentiam imposuit non ita intellexerit. Primum, quia tunc penitens etiam verè satisfaciatur per alium cum consensu Confessoris, qui talem penitentiam imposuit. Secundò, quia mutatio sententia quoad personam satisfactoricam, potest fieri à quocunque Iudice; ergo meliori iure ab eodem: Poterit ergo Confessor declarare penitenti, suam voluntatem esse, vt per alium penitentiam adimplere possit, etiam in casu, in quo à principio, nec ita intellexerit, aut voluerit.

RESOL. XLVI.

An in dilatione penitentia iniuncta deus paruitas materia?

Et cum sine docetur penitentem posse infra annum differre adimpletionem penitentia, si Confessarius aliter non inuenerit.

Et notatur non adimplere penitentiam esse quid graue, & mortale.

Et quid, si Confessarius imponat penitentiam dicendi tertiam partem Rosarij B. Virginis, si omittentur, v. g. quatuor Aue Maria, an excusetur penitens à peccato mortali ratione paruitatis materia?

Idem est de penitentia audiendi Sacram, si illud audiatur post Euangelium, recitatum, & de alijs similibus penitentia agit in quibus datur paruitas materia. Ex part. 5. tractat. 5. Resolut. 15.

§. 1. AD hoc dubium libet respondere cum verbis amicissimi P. Hurtado de Sacram. Penitentia *disp. 14. difficult. 1.* vbi sic ait: Circa tempus quo penitens teneatur implere penitentiam, certum est teneri tempore præscripto à Confessario, si illud præscripsit. Quod si tunc illum non impleat, etiam tenetur postea illum implere, quia semper etiam quando aliquando iniungitur in honorem diei præscripti, iniungitur in vindictam peccatorum confessorum. Si verò à Confessario nullum præscribitur, tempus, implenda est quamprimum moraliter commode possit, vt aduertunt Suarez *sect. 7. & Aegidius Tom. 1.*

*dub. 9.* nisi aliud ex verbis, aut ex circumstantiis coniciatur voluisse Confessarium. Ita tamen obligat quamprimum moraliter commode possit, vt non quæcumque dilatio impletionis penitentia grauis sit mortalis, nisi sit nimia, seu grauis, & quoad hoc idem est, quando differatur penitentia post tempus à Confessario præscriptum, nisi quod tunc dilatio potest aliquando esse mortalis, quando penitentia grauis fuit præscripta in aliquo die in honorem festiuitatis illius diei, si differatur post illum, quamuis non semper, nisi quando defectus honoris censetur grauis. Addit Ochagavia tunc dilationem penitentia grauis esse nimiam, & grauem, quando differatur ultra tertium diem, sed scrupulose procedit, quia hæc dilatio non videtur nimia, imò nec ultra octauum diem, præsertim quando res in penitentiam iniuncta, esset valde grauis, & posset commode impleri, quia etiam ex rei grauitate crescit grauitas dilationis, sicut ex defectu commoditatis implendi illam, decreuit grauitas dilationis, nihilominus taxationem grauitatis dilationis penitentia grauis doctoribus remittimus. Huc vique Hurtados.

2. Non desinam tamen hic adnotare id quod alibi etiam notauimus, nempe ex eadem Societate Antonium Fernandez de Corduba in *Instruct. Confess. part. 1. document. 4. num. 5. & document. 9. §. 2. num. 3.* docere penitentem posse infra annum differre adimpletionem penitentia, si aliter Confessarius ei non iniunxerit.

3. Notandum est etiam hic cum Villalobos in *Summ. tom. 1. tract. 9. difficult. 78. num. 3.* *Que el dexar de cumplir la penitencia de su naturaleza, es cosa graue, y pecado mortal; mas si se dexasse alguna pequeña parte della, sería solo pecado venial por la paruidad de la materia.* Sic ille. Cui adde Ioannem Sancium in *selectis, disp. 14. num. 14.* Igitur si quis haberet penitentiam audiendi Sacram, si illud audiatur post Euangelium recitatum, adhuc satisfaceret, & idem dicendum est de Officio diuino. Nam illa paruitas materia, quam admittunt Doctores ad excusandam fractionem præcepti recitandi horas Canonicas, admittenda est etiam quoad impletionem penitentia iniuncta à Confessario. Et hæc doctrina proportionabiliter applicanda etiam erit, si imponeretur penitentia recitandi Officium Beatae Virginis, vel Defunctorum, seu septem Psalmos.

4. Sed quid dicendum erit si Confessarius imponat penitentiam dicendi tertiam partem Rosarij B. Virginis, an si omitterentur, v. g. quatuor Aue Maria, excusaretur penitens à peccato mortali ratione paruitatis materia; hunc casum non inuenio à Doctoribus in indiuiduo pertractatum, & videtur negatiue respondendum ex utroque Sanchez, Thoma, & Ioanne, hoc in *selectis, disp. 15. num. 7.* illo in *summa, tom. 1. lib. 1. cap. 19. num. 4.* asserentibus tertiam partem Circuli Virginei indiuiduam materiam reputari. & idè deficientibus aliquibus Aue Maria, Rosarium non dicitur. Ego puto in tali casu penitentem non peccare mortaliter saltem ex præsumpta voluntate Confessorij, quem rationabiliter, credendum est, non imponere dictam penitentiam cum tali onere. Ita vt si penitens tam paruam materiam relinquat, penitentia iniuncta non satisfaciatur.

RESOL. XLVII.

An si quis culpabiliter omittat modicam iniunctam penitentiam, peccet mortaliter etiam si sit imposta propter peccata venialia?

Et quid dicendum sit, si penitentia grauis sit, sed

F f ob

cundo, & pro doctrina contenta, à veris. Ita tamen, ut præ in Ref. 19. & in alijs eius secundæ auctor.

Sup. hoc sup. in Ref. 44. 52. & in alijs eius auctor.

Sup. hoc primo in Ref. seq. & in alijs eius primæ not. & pro secundo in Ref. seq. §. 2. cursum, in fine, & in Ref. seq. à in. 2. veris. infero.

TON  
era  
1011  
III

principio, & in Ref. 6. paulo post iudicis, vel. Et ideo & infra in Ref. seq. §. 2. prope finem, à verif. Quae omnia & in §. not. seq.

Sup. hoc quod in li. 1. huius textus inferitur in Ref. praeterita, §. 3. & in Refol. 3. not. praeterita, & in eod. verif. Sup. hoc lup. in Refol. 4. §. 1. ad medium, à verb. Addit Sed lege eam per totam, & Ref. eius annotationum.

Sup. hac gutta aqua late in to. 2. ff. 1. Ref. 127. & in aliis eius not.

Sup. hac simonia in rom. 5. tra. 7. late in Ref. 2.

Sup. hoc in Ref. seq. & supra in Ref. §. 5. vii.

ob venialia tantum peccata imposita, an eius transgressio, vel omisso non transcendat culpam veniale? Et advertitur obligationem acceptandi poenitentiam, leuem esse solum sub veniali. Ex part. 3. tractat. 4. Refol. 101. alias 102.

§. 1. Peccare mortaliter docuit nouissimè Ioannes Sancius in *selectis, disp. 15. n. 14.* sic asserens: Infero ex dictis implentem maiorem partem poenitentiae, & omittentem modicam in se, solum delinquere venialiter. At si modica esset tantum iniuncta, & illam culpabiliter non impleteret, lethali- ter peccare iudico, cum truncum, & defectibile reddat Sacramentum, quod graue quid est. Sicut enim ille, cui impositum esset sub poenitentia vnam tantum salutationem Angelicam recitare, & nollet acceptare absque causa, absolueudus non esset, vt indilpositus, renuens integrare Sacramentum. Eodem modo non volens implere iniunctam salutationem Angelicam mortaliter peccabit, cum nollet implere illam obligationem, quam sub mortali acceptauit, & quamuis oratio Angelica secundum naturam orationis modica sit materia, si tamen vt materia, & vt pars constituitur Sacramenti Poenitentiae grauis est reputanda, sicut deglutire guttam aquae secundum se quid modicum est, at post illius sumptionem Eucharistiam sumere, quid graue est. Et quod praecceptum pronuncietur de non sumendo Eucharistiam post sumptionem cibi, aut potus, quantumuis exigui, & graue semper praecceptum violatur, & in re graui, videlicet irreligiositas Sacramenti, sicut simoniae crimen mortale erit rem spirituale vendere, etiam exiguo pretio. Ita Sancius, probabiliter quidem.

2. Sed contrariam sententiam in praxi probabilem, & tutam esse existimo, quam tuerent Henricus lib. 5. cap. 20. n. 3. in *glossa, littera I.* Fagundez praecip. 2. lib. 9. c. 3. n. 14. Coninch de *Sacr. disp. 10. dub. 9. n. 80.* Reginaldus *rom. 1. lib. 7. c. 7. n. 77.* Vega in *summa, part. 2. cap. 64. caf. 3.* Rodriguez in *summa, ro. 1. cap. 56. num. 9.* & alij penes ipsos, quia leue reputatur ex hac parte Sacramentum non integrare. Adde, quod Suarez *tom. 4. disp. 38. sect. 7. num. 5.* putat obligationem acceptandi poenitentiam leuem, esse solum sub veniali.

3. Notandum est etiam hic obiter contra Henricum lib. 5. cap. 20. num. 81. quod etsi poenitentia grauis sit, sed ob venialia tantum peccata imposita, vt iuste aliquando fieri potest eius transgressio, non transcendit culpam venialem. Et ita docet Layman in *Theolog. morali, lib. 4. tractat. 6. cap. decimoquinto, num. 7.* nisi poenitens versetur in probabili periculo mortaliter peccandi, si poenitentiam sibi impositam non exequatur.

## RESOL. XLVIII.

An qui non implet poenitentiam grauem impositam pro venialibus, vel quod sapius solet euenire pro mortalibus alias confessis, peccet mortaliter?

Et quid, si imposita poenitentia absolute sit leuis, vel si aliqua exigua pars poenitentiae grauis à poenitente non adimpleatur?

Et notatur Confessarium imponentem poenitentiam post datam absolutionem, non peccare venialiter. Ex part. 3. tract. 4. Ref. 135. alias 136.

Sup. hoc in §. vii. Refol. praeterita, & supra in Ref. conclus. 4. vbi sic asserit: Etiam si confessio sit solum

de peccatis venialibus, vel de mortalibus iam confessis, est mortale peccatum, non adimplere talem satisfactionem. quidquid dicat Suarez, qui dicit, quod quando confessio solum fuit de peccatis venialibus, vel etiam de mortalibus iam confessis, etiam quotiescumque poenitentia iniuncta est leuis, tantum esse veniale peccatum non adimplere illam. In quibus Suarez non loquitur consequenter ad ea, quae antea dixerat, scilicet Sacerdotem obligari ad imponendam satisfactionem, & poenitentem ad acceptandam, & adimplendam illam. Et ratio est, quia facere Sacramentum non integrum, est res grauissima, & importat magnam irreuerentiam contra ipsum Sacramentum. Ergo est peccatum mortale, & etiam si alias materia secundum se leuis sit. Ita Nugnus.

2. Sed his non obstantibus, mihi placet sententia Suarez, & contraria dura videtur. Et ideo existimo non adimplentem poenitentiam grauem impositam pro venialibus, vel pro mortalibus alias confessis, non peccare mortaliter, sed venialiter. Et ita praeter Suarez citatum in 3. part. tom. 4. *disputatione 38. sect. 7. num. 4.* docet etiam Layman in *Theol. moral. lib. 5. tractat. 6. cap. 15. num. 7.* quia (vt ipse ait) durum videtur fateri, licet culpa contracta leuis sit, tamen obligationem pro ea satisfaciendi grauem esse posse, per se loquendo, nam per accidens id fieri posse non nego, si alioquin homo versetur in probabili periculo peccandi mortaliter, nisi remedia poenitentiae ipsi imperata exequatur. Similiter durum videtur dicere, postquam homo peccata mortalia semel confessus est, & iniunctam poenitentiam impleuit, si iterum eadem peccata libera voluntate confiteatur, quod nouam obligationem satisfaciendi sub culpa mortali contrahat. Ita Layman. Quae omnia à fortiori procedunt, si poenitentia imposita absolute esse leuis, vel si aliqua exigua pars poenitentiae grauis à poenitente non impleteretur; nam in his casibus contra Nugnum, tantum venialiter peccaret poenitens; videlicet etiam Filliucium *tom. 1. tractat. 8. cap. 2. num. 54.* Villalobos in *summa, tom. 1. tractat. 9. dispic. 78. num. 3.* & alios.

3. Notandum est hic etiam obiter contra dictum Nugnum vbi sup. q. 18. art. 4. dif. 2. Confessarium imponentem poenitentiam post datam absolutionem, non peccare venialiter, nullum enim est peccatum poenitentiam post absolutionem conferre.

## RESOL. XLIX.

An iniungenda sit poenitentia scrupuloso frequenter intra eandem horam accedenti ad confessionem? Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Refol. 6.

§. 1. Affirmatiuam sententiam docet Stephanus Bauny in *Theol. Mor. p. 1. tr. 4. q. 25. vbi sic ait: Quae poenitentia cum primò est confessus, imperata est à Confessario poenitentia in satisfactionem culpam, hanc secundò eidem intra horam, aut breue aliquod tempus, iterum confitenti iniungi non potest. Ratio est, quod diuersa Sacramenta, partes quoque distinctas habere debeant, alioquin diuersa non essent nisi secundum quid: at Sacramenta hic non sunt eadem: nam peccata noua sunt ad Sacerdotem allata, noua item contritio ad eorum curationem adhibita, diuersa item absolutione sunt remissa: quae omnia indicant horum Sacramentorum distinctas esse materias numero, formas item differentes, nec eandem absoluedi intentiones; oportet ergo satisfactionem quae est pars ad eorum integritatem necessaria, eandem*

dem non esse. Probat, cuiusque Sacramenti propria sunt partes: ergo & satisfactio non potest ergo una eademque pluribus Sacramentis aptari: danda est ergo toties poenitentia, quoties a poenitente Sacramentum poenitentiae iteratur. Et hanc sententiam videtur docere Suarez tom. 4. disp. 38. sect. 4. & clarius Reginaldus tom. 1. lib. 7. n. 12.

2. Verum negativam sententiam docet Bonacina tom. 1. disp. 5. q. 5. sect. 5. punct. 2. num. 3. ubi ita asserit: Secundus casus, quando scrupulosus intra eandem horam frequenter accedit ad Confessarium, aliquid noui semper confitens: in quo casu Sacerdos potest iniungere poenitentiam iam alias iniunctam: nam opus alias debitum potest in Sacramentalem satisfactionem iniungi, vt inferius explicabo. Hic tamen casus non est proprie exceptio a regula generaliter radita de obligatione poenitentiae iniungenda, cum aliqua poenitentia imponatur. Ita ille. Qui etiam adde Hentiquez lib. 5. c. 20. n. 6. quem sequitur nouissime Pater Lugo de Sacram. poenit. disp. 2. sect. 4. n. 50. Et ratio est, ait ipse, quia Bonifacius VIII. vt refert Gloss. in Extravaag. Antiquorum, de poenit. & remissionib. reprehendebat Confessarios, qui anno Iubilaei imponebant alias poenitentias: ergo non curabat, quod Sacramento deesset illa pars integralis. Eodem modo si infirmo moribundo imponatur poenitentia solum implenda, si conualuerit, non videtur Sacerdos peccare mortaliter: & tamen tunc exponitur periculo euidenti Sacramentum ne compleatur: nam per poenitentiam solum impostam, & non exhibitam, non compleatur Sacramentum: ergo deberet sub mortali imponere aliquam poenitentiam praesentem propter integritatem Sacramenti. Ratio denique a priori est: quia haec pars solum requiritur ad integritatem Sacramenti: eo modo, quo poenitentia requiritur ad complementum iudicii humani: hinc enim fit, quod sicut in iudicio humano non manet iudicium imperfectum ex defectu poenitionis, quando reus non indicatur poena dignus; sic neque hoc iudicium, & Sacramentum manet imperfectum ex defectu poenitionis & satisfactiois, quando poenitens non indicatur dignus poena. Ex hoc autem rursus sequitur, quod sicut in iudicio humano non peccat grauitur iudex non imponendo aliquam poenam parui momenti, qua reus dignus: sic nec in hoc Sacramento iudex grauitur peccat non imponendo poenitentiam leuem, quam posset imponere, nam per hoc non deest muneris suo in re graui; sed in complemento quodam leuis momenti, quod deficit Sacramento ob eius culpam. Huc vsque Pater Lugo. Et ex dictis patet responsio ad argumenta Patris Banny.

Officium diuinum ratione Ordinis sacri, & beneficij, vtrique titulo satisfacit vnica recitatione, vide Sanchez in summa lib. 1. c. 24. n. 5.

2. Sed difficultas est, quando de facto superueniens obligatio cadat super actum debitum, quando vero expostulet alium? In quo casu certa regula definitur non potest, sed ex circumstantiis omnia colligenda sunt, quia hoc ex intentione, & voluntate legislatoris dependet. Regulariter tamen quoties distincta obligatio superuenit, distinctum actum ex postulat, & in calu dubio sic est interpretandum; vide Sanchez ubi supra, n. 6. & Suarez in 3. par. tom. 4. disp. 37. sect. 6. n. 5.

3. Ex quibus inferitur primo, quod Confessarius imponens poenitentiam censendus est ad actus, qui alias obligatorij non sunt, obligare, nisi contrarium explicet. Ita Sanchez, & Suarez supra, quibus adde Azorium tom. 1. lib. 1. c. 14. q. 1. Sayrum in clauis Regia, lib. 6. c. 3. n. 2. Henriquez lib. 5. c. 19. n. 5. & alios. Limita tamen supradictum corollarium in casu quo Confessarius dicat, singulis diebus hoc mense audias sacrum, & benigna interpretatione censetur Missa debita ex praeepto diebus festiuis contentus esse. Ita Sanchez loc. cit. n. 6.

4. Secundo inferitur, quod vouens dare elemosynam, non satisfacit voto, restituens debitum. Ita Sanchez ibidem.

5. Tertio inferitur, quem non satisfacere voto, vel poenitentiae de danda elemosyna, si det fratribus, auis, & parentibus indigentibus taliter, vt teneatur illis subuenire. Secus autem aliis consanguineis indigentibus, quia non tenetur illis subuenire, vel alimenta praebere. Ita Sanchez, & Sardus de alim. tit. 7. q. 37. a. n. 1. vsque ad 11. vide etiam Molinam Iuriconsultum lib. 2. de primogeniis, c. 15. a. n. 37.

6. Quarto inferitur, quod quis satisfacit voto, vel poenitentiae dando elemosynam extreme indigenti, quia non est debita illa elemosyna ex praeepto misericordiae absolute, sed ex suppositione quod quis non possit alia via necessitati pauperis subuenire. Ita Henriquez lib. 5. cap. 2. n. 3. in glossa littera Q. Azor. tom. 1. lib. 1. cap. 14. quest. 1. Emmanuel Sa. ver. factis factis, num. 9. & alij, quidquid in contrarium asserat Suarez tom. 4. in 3. par. disp. 27. sect. 6. n. 5. Sayrum in clauis Regia, lib. 6. c. 3. n. 22. Paludanus in 4. disp. 15. q. 1. m. 2. n. 8. & alij.

7. Sed quid dicendum, si actum facias, cui pluribus obligationibus sigillatim tantum satisfacere potes, vt si, v. g. debes dare pauperibus centum ob iustum ablatum, centum ex voto, centum ex poenitentia: vide Sanchez ubi supra, n. 8. sed ad alia procedamus.

Sup hoc lege supra doctrinam § vlti n. Ref. 43. & 56. & vult eius annot.

Sup. contra in hoc §. infer. in §. vic. Ref. 52. a. lin. 3. & sup. in Ref. 11. §. vlt. a principio, vt que ad medium, & pro parte infra in Ref. 104.

Sup hoc sup. in Refol. 9. §. Ideo in principio, & in alio §. eius not. signanter pro. confanguineis contentis in hoc §.

Sup. hoc pro poenitentiae in Ref. not. praeter. & in eodem §. ad medium, a velt. si imponatur, & supra in Ref. 32. §. vic. ad medium, velt. item.

RESOL. L.

An quis possit vnico actu pluribus praeeptis & obligationibus satisfacere? Et pro praxi huius questionis aliqui diuersi casus in textu huius Ref. adducuntur; & signanter quatuor vtriusque casus inferuntur pro satisfactione sacramentali. Ex part. 3. tract. 6. & Misc. 2. Ref. 86.

§. 1. Respondeo negativè si obligationes sunt iustitiae, non enim potes pluribus vnico actu satisfacere, secus autem si sint obligationes diuersarum virtutum, quia non implicat rem debitam vno titulo, alio diuerso deberi; ex quo inferitur quod si voueas ieiunare in Quadragesima, satisfacis & praeepto Ecclesiae, & voto. Item si voueas restituere debitum, dare elemosynam indigenti, satisfacis vnico actu duplici obligationi; sicuti obligatus recitare

Tom. 1.

RESOL. LI.

An qui v. g. per mensem singulis diebus habuit poenitentiam audiendi Missam, teneatur diebus festiuis duas Missas audire? Ex part. 5. tract. 14. & Miscell. 2. Refol. 61.

§. 1. Videtur affirmatiuè prima facie respondendum, quia diebus festiuis talis tenetur audire Sacrum ex praeepto Ecclesiae, & ex praeepto Confessarij; ergo duas Missas tenetur audire. Probo consequentiam, quia distincta obligatio distinctum actum requirit, & ideo si Confessarius pro poenitentia imponeret ieiunia aliqua, quis non satisfaceret ieiuniis ex praeepto Ecclesiae, aut voto delectis ex illa regula, quod Confessarius imponens poenitentiam censendus est ad actus, qui alias obligatorij non sunt, obligare, nisi contrarium explicet.

2. His tamen non obstantibus, si Confessarius dicat, Singulis

Sup hoc fa Ref. praeterita §. Ex quibus, per totum, & si gnanter, velt. limita & sup. in Ref. 12. §. vltim. a principio, vt que ad medium, & leg. etiam inferi in Ref. seq. §. 2. a. lin. 3.

F f 2

Singulis

Singulis diebus hoc mense audias Missam, ex benigna interpretatione censetur Missa debita ex præcepto diebus festiuis contentus esse, neque enim censendus est obligare ad audiendum duplex Sacrum diebus festiuis, quia est graue onus, quod non est credendum impoluisse, nisi manifestet, ac proinde diebus festis vnico Sacro auditio satisfacies vtrique obligationi. Et ita docet Mercurius de Sacrament. q. 83. artic. 4. not. Castrus Palaus tom. 1. tractat. 3. disput. 1. punct. 19. num. 4. & Sanchez, quem ego adduxi in punct. 4. num. 8. vbi docet, obligationem poenitentiae cessare, non solum per indulgentias, verum etiam per remissionem poenae alia via obtentam, vt per alia pia opera satisfactoria propria sibi applicata; nam eadem rationes militat in indulgentiis, ac in aliis operibus piis satisfactoriis. Ita Bonacina, quae quidem opinio limitanda est, dummodo poenitentia non sit medicinalis, & praeseruatua, sed tantum satisfactoria, vt erat poenitentia consulentis. Et ideo supradicta sententia probabilis tunc mihi, & aliis per consulentem consultis, visa est, sed non videtur à priori recedendum, cum non potest poenitenti constare an per illam recitationem satisfaciatur poenae, quia opus in poenitentiam iniunctum habet virtutem satisfaciendi ex opere operato, quia caret illa Officij recitatio.

Quae hic est Ref. antecedens, & signat in §. Ex quibus.

## RESOL. LII.

An si Confessarius, v. g. iniunxit duas Missas audire, satisfaciatur poenitens, si simul ex vno loco illas audiat à duobus Sacerdotibus? Ex part. 5. tract. 14. & Misc. 2. Ref. 71.

Sup. hoc in §. 1. Negatiuam sententiam docet Turrianus in selectis disp. part. 2. disput. 16. dub. 7. in fine, vbi sic ait: Inferitur quod si alicui imponatur à Confessario poenitentia audiendi duas Missas, non satisfaciatur poenitens, si velit duas Missas simul tempore audire à duobus Sacerdotibus, hoc enim esset contra intentionem Confessarij, qui communiter intendit in hac poenitentia imponere poenitenti onus audiendi duas Missas diuersis temporibus, quod satis constat ex communi sensu Confessorum, & poenitentium. Ita ille, & nouissime Ioannes de Lugo de Sacram. Euchar. disp. 22. sect. 1. n. 10.

2. Sed nisi aliud à Confessario iniunctum sit, vel declaratum, affirmatiuam sententiam docet Mercurius de Sacram. quest. 83. art. 4. dub. 4. vbi sic ait: Notandum eum satisfacere præcepto, cui in satisfactionem iniunctum à Confessario fuerit die festo Missam audire, si vnica audierit, nisi tamen secundam audiri Confessor expressè voluerit, quo casu eum, qui tenetur duas Missas audire, potest simul audire à duobus Sacerdotibus diuersis Altaribus. Ita ille, qui citat Maiorem in 4. dist. 12. quest. 8. cui ego addo Villalobos in summa, tom. 1. tract. 8. difficultat. 35. num. 12. vbi sic asserit: Quando el Confessor mandò à vno en poenitencia que oyese dos Missas, dixè Azor, que cumplira oyendo las ambas juntas. si comodamente lo puede hazer, de vn mismo lugar, si el Confessor no declarò otra cosa. Esta sententia me parece probable. Ita & mihi, sicuti etiam & Molfesio in sum. tom. 1. tr. 3. c. 17. n. 36. illamque, vt ego alibi notauì, præter Doctores citatos tenet etiam Hurtadus de Sacram. Missae disp. 5. dist. 4.

Alibi in omnibus Refol. not. primæ huius Refol.

## RESOL. LIII.

Quis ex deuotione recitabat singulis diebus Officium B. Virginis, qui postea habuit poenitentiam recitandi per annum singulis diebus tertiam partem Coronae eiusdem Beatae Virginis, quaesuit à me, an satisfaciatur dicta poenitentia cum recitatione praedicti Officij? Et quid, si poenitentia sit medicinalis, praeseruatua? Ex part. 3. tract. 4. Ref. 105. aliàs 106.

§. 1. Negatiuam sententiam docent Laurorius tr. de indulgen. p. 2. c. 5. n. 49. Valentia to. 4. disput. 7. q. 20. punct. 3. Reginaldus tom. 2. l. b. 7. c. 11. n. 125. Nauarrus de indulg. not. 3. l. n. 20. & Paludanus in 4. distinct. 20. q. 4. art. 1.

2. Sed his non obstantibus, tunc supradicto consulentis ostendi Bonaciam de Sacram. disp. 3. q. 5. sect. 3.

punct. 4. num. 8. vbi docet, obligationem poenitentiae cessare, non solum per indulgentias, verum etiam per remissionem poenae alia via obtentam, vt per alia pia opera satisfactoria propria sibi applicata; nam eadem rationes militat in indulgentiis, ac in aliis operibus piis satisfactoriis. Ita Bonacina, quae quidem opinio limitanda est, dummodo poenitentia non sit medicinalis, & praeseruatua, sed tantum satisfactoria, vt erat poenitentia consulentis. Et ideo supradicta sententia probabilis tunc mihi, & aliis per consulentem consultis, visa est, sed non videtur à priori recedendum, cum non potest poenitenti constare an per illam recitationem satisfaciatur poenae, quia opus in poenitentiam iniunctum habet virtutem satisfaciendi ex opere operato, quia caret illa Officij recitatio.

## RESOL. LIV.

Si quis habuit poenitentiam recitandi septem Psalmos per aliquas sextas Feria flexis genibus coram Crucifixo, quaeritur, an impleuerit poenitentiam recitando dictos Psalmos aliquo tempore, & loco sine illis circumstantiis? Ex part. 3. tr. 4. Ref. 55.

§. 1. AD hunc respondet Vega in summo, tom. 2. cap. 64. cas. 6. vbi sic asserit: *Vn Confessor dio à vn penitente en poenitencia, que tenia los viernes delante de vn Crucifixo rez. asse de rodillas los Psalmos penitenciales, el no lo rezo de rodillas, ni el vnierno, ni delante de vn Crucifixo, sino en otro tiempo, y lugar; quaeritur, an poenitentia satisfecerit? Respondeo que aunque le fuera en mayor mireciniento el cumplirla, como le fue impuesta, que con todo esso satisfizo. La razon es, porque en la poenitencia lo principal es cumplirla, y no la circunstancia del lugar, o tiempo en que se ha de cumplir, con lo qual se puede consolar à muchos.* Ita Vega.

2. Sed quis potest dicere, quod recitare septem Psalmos flexis genibus à poenitentibus, non est quid accidentale, sed substantiale, facilius enim aliqui recitabant bis septem Psalmos, quam semel flexis genibus? Et Confessarij, qui talem iniungunt poenitentiam, semper intendunt, vt poenitentes sentiant illam corporis afflictionem recitando flexis genibus, quae quidem videtur res grauis. Ergo, &c.

## RESOL. LV.

Si quis fecit poenitentiam impostam à Confessario absque intentione illam adimplendi, imò cum intentione contraria, quaeritur, an teneatur illam denno facere? Et inferitur, quod licet poenitens non recedat poenitentia impostam, adhuc satisfaciatur ieiunando ex deuotione.

Et quid, si alicui Confessarius imposuit pro poenitentia ieiunium, vel elemosinam distinctim, & ipse dederit elemosinam cum intentione non adimplendi poenitentiam per illam, sed ieiunando postea, an possit adhuc postea poenitens non ieiunare? Ex part. 6. tract. 6. & Misc. 1. Refol. 43.

§. 1. Ieiunauit v. g. quis, vel Rosarium B. Virginis recitauit ex deuotione volens ieiunium & Rosarium pro poenitentia à Confessario imposta postea adimplere. Quaeritur, an possit hoc non obstante nec ieiunare, nec Rosarium dicere? Et negatiue respondet Valquez opus. de Beneficiis, cap. 4. §. 1. artic. 3. dub. 7. n. 117. quia licet ad satisfaciendum praecipis & legibus sufficiat ponere opus praecipuum, licet non ad intentionem operis.

intento observandi legem : in hac tamen materia satisfactio Sacramentalis videtur ex alio capite requiri intentio : est enim satisfactio pars Sacramenti : sed omnia Sacramenta exigunt in adulto, ut valide recipiantur intentionem & voluntatem recipiendi : ergo cum satisfactio sit pars Sacramenti, non potest habere valorem in subiecto non solum non consentiente, sed dissentiente & resistente potest per voluntatem contrariam, qua vult non recipere Sacramentum in illa actione.

2. Sed libenter ego contrariae sententiae adhaereo, quam tuetur Sanchez in *summa*, tom. 1. lib. 1. cap. 13. n. 17. & Lugo de *Sacrament. poenitent.* disp. 25. sect. 3. num. 37. Quia non semper requiritur intentio in suscipiente Sacramentum eo tempore quo fiunt omnia, quae componunt Sacramentum : unde dolor qui est pars Sacramenti potest haberi absque memoria praecedente recipiendi Sacramentum. Sic etiam dici potest de satisfactioe : nam illa postea non fit à poenitente tanquam à Ministro operante nomine Christi ; se solum fit ex obligatione & debito propter sententiam & praecipuum praecedens Confessarii : ad hoc autem ut fiat aliquid ex debito & obligatione, non requiritur, ut fiat ex animo satisfaciendi illi debito. Ergo &c.

3. Hinc infert Lugo ; quod licet poenitens in ieiunio non recordetur poenitentiae impositae, adhuc satisfaciatur ieiunando ex devotione. Et si alicui Confessarius imposuit pro poenitentia ieiunium, vel elemosynam disiunctim, & ipse dederit elemosynam cum intentione non adimplendi poenitentiam pro illam partem, sed ieiunandi postea : potest adhuc postea poenitens non ieiunare, quia reuera implevit disiunctim, quod à Confessario impositum fuit ieiunare, vel dare elemosynam.

RESOL. LVI.

Quae poenitentia iniungenda sit à Confessario ei, qui hominem necasset ? Ex part. 5. tract. 4. Ref. 43.

§. 1. AD hoc dubium ita respondet Comitulus in *respons. moral.* lib. 4. q. 11. n. 8. Haec meo quidem animo, salutaris esset, ut interfecti propinquis supplicem se abiceret, delictique veniam deprecaretur, ut illdem illata damna sarciret, ut pro salute occisae singulis hebdomadis per annum integrum vnum saltem sacrificium, si tantum ei sit in bonis, fieri curet, ut singulis item hebdomadis elemosynam aliquam pro illius anima totum annum largiatur egentibus, ut per eundem annum aut Litanias, si legendi gnarus sit, aut si ignarus Beatissimae Virginis Orationem, seu Coronam quotidie flexis genibus recitet ; ut octavo quoque die per annum sacramento Poenitentiae sua peccata expiet, & singulis mensibus Eucharistiam sumat, ut in omni vita quotidie semel orationem Dominicam, & salutationem Angelicam pronunciet, terram genibus tangens pro anima occisi. Ita Comitulus. Vide etiam Homobonum de *casib. refer.* p. 2. cas. 3.

RESOL. LVII.

An si quis lucretur Indulgentiam plenariam, liber remaneat ab implenda poenitentia, medicinali imposita, à Confessario ?  
Et quid si poenitentia non sit medicinalis ? Ex part. 10. tract. 12. & Misc. 2. Ref. 47. aliàs 46.

§. 1. Emanere liberum ab implenda poenitentia satisfactoria \* alibi docui, quia Confessarius imponit poenitentiam, ut poenam ad satisfaciendum pro peccato : sublato debito totius poenae, propt fit  
Tom. 1.

per Indulgentiam, cessat omnino fundamentum illius obligationis : sicut si condonaretur à Principe poena debita pro aliquo crimine, eo ipso cessaret obligatio imposita per sententiam Iudicis ad poenam aliquam pro illo delicto subeundam.

2. Difficultas est, quoad poenitentiam medicinalem. Et affirmatiue respondet Cardinalis Lugo de *Poenitentia*, disp. 27. num. 23. dummodo haec non sit simpliciter necessaria ad vitanda peccata futura, quia tunc Indulgentia non tolleretur hanc obligationem ; cum haec obligatio non oriatur ex praecipuo Confessarii, sed ex ipso iure naturali, quo obligatur homo ad vitandum peccatum suum futurum, & consequenter ad vitandum remedium : quod censetur moraliter necessarium ad vitandum peccatum, quam obligationem Confessarius non imponit, sed declarat. Ita Lugo ; cui adde Patrem Leandrum de *Sacram.* tom. 1. tract. 5. disp. 14. quest. 172.

3. Sed ego magis adhaereo negativae sententiae, quam nouissime tuetur Martinus de San Ioseph, in *Mon. Confess.* tom. 1. lib. 2. tract. 7. de *indulgentia* n. 7. vbi sic ait : *El que gana la Indulgencia plenaria de la Bula, o por otra concession, queda libre de cumplir qualquiera poenitencia, que le aya impuesto su Confessor, porque auiendo impuesto esta, como pena para satisfacer por los pecados ; cessando toda la deuda dellos por la Indulgencia plenaria que se gana, cessa la obligacion de la satisfacion impuesta por el Confessor. Y lo que mas es, que esta definido, in capite Cum ex eo, de Poenitentia & remissione donde se dice, que per Indulgentias enervantur poenitentiae iniunctae ; desto trate arriba in materia satisfactioe Sacramenti Poenitentiae, tractat. 27. num. 13. y lleué, que por las Indulgencias no se quita la poenitencia preferuatina de los pecados, que esta no obliga tanto por el precepto del Confessor, como por Derecho natural, por el qual deve el hombre evitar los pecados futuros ; pero añade probablemente Lugo loco citato que tambien cessara la poenitencia preferuatina, como ne sea simpliciter necessaria, para evitar los pecados futuros. Yo siento, que aceriada de qualquiera manera que parece conueniente para evitarlos, no cessa por la Indulgencia plenaria, porque la razon dada conuenice esto : y la Indulgencia no tiene que ver con los remedios, que se aplican para evitar los pecados : & argumentum bonum non fit ex dissimilibus. lege *Inter stipulationem*. 82. §. *Sacram. verb. sea hac dissimilia*, ff. de *verb. oblig.* & à diuersis non fit illatio, lege *Papinianus exuli*, ff. de *Minoribus*. Huc vsque Martinus, cuius sententiae ego vt dixi magis adhaereo tanquam communi. Vide Caspensem in *Curs. Theol.* tom. 2. tr. 24. disp. 8. sect. 6. n. 46.*

RESOL. LVIII.

Quando poenitentia imposita à Datario pro aliquo matrimonio dirimente, impleri non potest, quaritur, an possit commutari ab Episcopo, & contrahentes virtute dispensationis obtenta matrimonium inire ?  
Et pro praxi huius questionis alia diuersa difficultates in exemplum adducuntur. Ex part. 7. tract. 10. & Misc. 1. Refol. 9.

§. 1. Negatiue respondet P. Theaurus in *praxi de poenit. parte prima, cap. secundo*, quia poenitentiae quae debent praecedere actum dispensationis, sapiunt formam, & sunt loco compositionis. Sed aliquis posset dicere, quod dictae poenitentiae sapiunt formam, quando in propria specie adimpleri possunt, ita vt dispensatio ante adimpletas  
F f 3 poeniten

Sup. hoc in Refol. 1. not. praeteritae. in Ref. 2. §. 1. ad lin. 4. & in §. Nec obstat, ad medium, & supra in Ref. 17. cursum in §. 2. post mediū, à verb. Dicitur author. & in to. 5. tr. 1. ex lata doctrina Refol. 2. or. in fine, ver. intelligendo tamen.

TON  
COPIA  
1511  
III

pœnitentias, vel iis penitus omiſſis, ſit proſus inu-  
alida, & nulla ex defectu iuriſdictionis; ſecus au-  
tem dicendum videtur; quando ex neceſſitate, vel  
iuſta cauſa adimpleri minimè poſſunt, tunc enim ex  
benigna mente Pontificis, & rationabili eius præ-  
ſumpta voluntate, non videntur ita formam ſapere  
in propria ſpecie, quin non poſſint per æquipollens  
præuia commutatione ab Epifcopo facta ante diſ-  
penſationem compleri. Probatum primò, in motu  
proprio Clementis V III. de largitione munerum,  
Religioſis interdicitur, decernitur, vt recipientes mu-  
nera ab iſtis, reſtitutione ipſa realiter non facta, ne-  
que in foro conſcientiæ abſolui poſſint. Et tamen  
Souſa in eius expoſitione num. 96. aſſerit, Reſerua-  
tionem hanc eſſe intelligendam quoties moraliter  
poſſint reſtituere.

2. Secundò in motu proprio Gregor. XIII. de  
datis, vel acceptis pro iſtitia, vel gratia à Sede Apo-  
ſtolica obtinenda, habetur, nullum eſſe admitten-  
dum ad abſolutionis gratiam, niſi prius erogatum  
ſit pauperibus, quantum ille dederit, vel acceperit.  
Et tamen Nauarr. in Comment. illius, num. 38. ait,  
eos poſſe abſolui, qui præ impotentia excuſantur à  
reſtitutione. Idemque ſentit Molina, tom. 1. de In-  
ſtitia diſputat. 92. colum. 3. verſ. Pona. Quo loco ha-  
bet, motum hunc eſſe intelligendum, quando abſol-  
uendus eſt potens reſtituere, & per illum ſtat quomi-  
nùs reſtitutio ſequatur.

3. Tertio Tridentinum, ſeſſ. 25. de Reform. cap. 12.  
habet, detrahentes decimas eſſe excommunicandos,  
neque ab hoc crimine eſſe abſoluendos, niſi plena  
reſtitutione ſecuta. Et tamen Nauarr. in Summ. cap.  
de cinoſeptimo, numero 59. Molina tomo tertio, de  
Inſtit. diſputat. 756. in fine. Manu. 1. tom. ſumm. ca-  
pit. 87. num. 8. Hentiquez libr. 10. de excomm. capite  
vigeſimo-octauo, numero primo, Comment. littera R.  
exiſtimant, Decretum hoc eſſe tantum intelligen-  
dum, quando is, qui decimas defraudauit eſt potens  
commode reſtituere.

4. Nota, quod in dictis locis, Pontifices, & Con-  
cilium Tridentinum vtuntur ablatiuo abſoluto, &  
particula, Niſi, quæ quidem conditionem indu-  
cunt ex leg. aſtatore Digest. de condit. & demonſtrat.  
& ex leg. obligationum. §. conditio Digest. de oblig.  
& cond. & ex leg. fideicommiſſ. Digest. de legat. 3.  
& notat Barbola in leg. Tria, numero trigefimo-ſexto,  
ſolut. matrimon. Conditio verò importat & indu-  
cit formam, vt patet ex lege Memmius Digest. de con-  
dit. & demonſtrat. & notat Felinus in capit. deli-  
cta, numero ſexto, de reſcript. Valquius de ſuc-  
ceſſ. creat. libr. primo, §. quarto, numero vigeſimo-ſexto,  
Crauetta volum. 5. conſ. 930. numero ſeptimo, & alij.  
Et tamen, hoc non obſtante, ex omnibus ſupradic-  
tis apparet, quod ſi Confeſſario fuerit limitata fa-  
cultas, vt non poſſit abſoluere, niſi prius ſatiſfacta  
parte, vel adimpletis quibuſdam conditionibus, ad-  
huc tamen poſteſt abſoluere ſi Pœnitens ſit morali-  
ter impotens ad ſatiſfaciendum, neque poſſit adim-  
plere dictas conditiones. Ergo à fortiiori idem di-

endum videtur, in noſtro caſu, commiſſa viden-  
cet poteſtate à Dataria diſpenſandi in aliquo impedi-  
mento Matrimonij præſcripta aliqua pœnitentia,  
quæ præcedere debeat actum diſpenſationis; poſſe  
adhuc diſpenſari, ſi pœnitentia illa ex graui morbo  
vel alia iuſta cauſa adimpleri in propria ſpecie non  
poſſit, commutante Epifcopo dictam pœnitenti-  
am, in aliud opus ſimile, adimplendum ante  
actum diſpenſationis, non enim credibile eſt, in ca-  
ſu de quo loquimur, velle Summum Pontificem  
obligare ad impoſſibile, & denegare beneficium diſ-  
penſationis ei qui non ex defectu voluntatis, ſed  
ex impotentia pœnitentias iniunctas in propria ſpe-  
cie adimplere minimè poteſt. Itaque dicendum eſt,  
pœnitentias impoſitas à Dataria, formam quidem  
ſapere, quia neceſſariò adimplendæ ſunt, vel in  
propria ſpecie, ſi poſſunt, vel per æquipollens, ſi  
non poſſunt præcedente commutatione Epifcopi.  
Et hanc ſententiam in terminis ait Pater Theſaurus,  
vbi ſuprà, docuiſſe M. Antonium Gemenſem in  
Praxi, cap. 20. (in meo Codice eſt 25.) numero ſe-  
cundo, qui teſtatur ita fuiſſe reſcriptum ab Vbe.  
Sed hæc omnia diſputationis cauſa dicta eſſe volo;  
nolo enim ſtylo, & praxi Datarie, & Pœnitenti-  
ariæ aduerſari.

## RESOL. LIX.

An Epifcopus ex iuſta cauſa poſſit commutare pœni-  
tentiam à Pontifice impoſitam? Ex part. 9. tract. 9.  
& Miſc. 4. Refol. 11.

§. 1. CAſus eſt pro diſpenſationibus, quæ obli-  
gentur in Pœnitentiariæ; & affirmatiue reſ-  
pondet Homobonus de Bonis in Conſultat. Conſ. Conſe-  
cient. volum. 2. part. 5. reſp. 148. vbi ſic ait: Vicarius  
cuiusdam Epifcopi, cui delegata eſt matrimonialis  
diſpenſatio, quaſiuit an commutare poſſit pœnitenti-  
am à Summo Pontifice iniunctam viro inſeſculo  
nobili, & delicato, vt operam ſuam in fabricam  
Eccleſiæ conferat, &c? Reſpondi affirmatiue: Nam  
neceſſitate vrgente, aut vtilitate ſuadente, pium eſt  
interpretari, ſuperiorem facultatem commutandi,  
aut etiam ipſam pœnitentiam relaxandi concedere, ſi  
impoſſibilis, aut etiam difficilis, videtur; ex Gloſſ.  
in capit. Tempora, vigeſimaſexta, quaſtione ſeptima.  
Ita ille. Facit etiam pro hac opinione alia Gloſſa  
in capit. Latorem 33. quaſtione ſecunda, Vide etiam  
Zerolam in praxi part. 1. ver. Pœnitentia quaſtione  
ſecunda. aſſerentem, ſtante iuſta cauſa, poſſe Epif-  
copum mutare pœnitentiam impoſitam à Papa. Sed  
hoc intellige cum Valero in Differentiis vtriuſque ſe-  
ri ver. Diſpenſatio differet. 5. Si fiat cum vrgenti  
cauſa, & non ſit facilis aditus ad ſuperiorem, qui  
pœnitentiam impoſuit. Ego alibi hanc quaſtionem  
pertractaui; & quia Praxis Pœnitentiariæ eſt in con-  
trarium, non auſus ſum affirmatiue ſententiæ adha-  
rere: idè tu cogita.

In indice primo huius Tom. 1. vide Appendicem ad hunc Tract. 6. vbi reperies alias paucas qua-  
ſtiones miſtas, & diſperſas per alios Tom. Tract. & Ref. que ſimul pertinent ad  
hunc Tract. 6. de Satisfactione Sacramentali.